℞ Flor. Violarum recent. mundat. libram unam.
Aquæ fontan. ferventis libras duas cum ſemiſſe.

Arctè Claude in Ollâ Vitreatâ novâ per integrum diem; dein exprime liquorem per prælum. In expreſſi liquoris libris duabus diſſolve, ad Balnei calorem, Sacch. puriſſ. libras quatuor. Spuma emergens auferatur, fiatque leni coctione Syrup. ſ. a.

## SYRUPUS è SUCCO VIOLARUM.

Paratur ex Succo expreſſo, cum duplo, ad minimum, Sacchari, ut prior, in Balneo, leni coctione.

## JULEPUM VIOLARUM.

℞ Aq. Flor. Violarum libras quatuor.
Sacchar. libram unam. Fiat arte Julepum.

## SYRUPUS CHALYBEATUS.

℞ Sal. Martis drachmas duas. ſolve in Aq. Gentian. C. unciâ unâ; adde Syr. de Pomis alterant. uncias novem.
Aliter,

℞ Vini Chalybeat.
Sacchar. alb. ana, p. æq. coq. ſ. a.

## SYRUPUS BALSAMICUS.

℞ Balſami Tolutan. uncias duas.
Aq. font. vel pectoralis alicujus uncias duodecim.

Coq. in vaſe circulatorio bene lutato, in arenâ poſito, per 2 vel 3 horas. Colaturæ frigidæ admiſce Sacchari albiſſ. uncias viginti, ut fiat Syrupus ſine ope caloris.

## SYRUPUS de PETO.

℞ Succi Peti Anglic. libras tres.
Oxymel. ſimp. uncias quatuor.
Hydromelitis libram unam. Digerantur per dies quatuor.

Deinde Liquori in vas transfuſo & ab omni fæce liberato, adde Sacch. alb. libras duas. Fiat Syrup. ſ. a.

## SYRUPUS CROCI.

℞ Croci Angl. unciam unam. Infunde in Vin. Canarin. librâ unâ: Vaſe clauſo, & leni calore digere per triduum. Tum exprime Vinum, in quo Sacchari albiſſimi & puriſſimi unciæ viginti liquentur, ita ut fiat Syrupus.

# SYRUPI PURGANTES.

SYRUPUS De CICHORIO cum RHABARBARO.

℞ Hordei integri,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Aſparagi ana uncias duas.
Herb. Cichorii,
Taraxaci,
Endiviæ,
Sonchi lævis, ana M. duos.
Lactucæ domeſticæ,
Hepaticæ,
Fumariæ,
Summitat. Lupuli ana M. unum.
Capillor. veneris,
Adianthi albi,
Ceterach,
Glycyrrhizæ,
Sem. Alkekengi,
Cuſcutæ, ana drachmas ſex.
Coq. in Aq. Font. libris duodecim ad libras octo; in colato liquore dilue, & coque Sacch. albi libras ſex: additis ſub finem,
Rhabarb. unciis duodecim,
Spicæ Nardi drachmis ſex.
Fiat Syrupus ſ. a.

SYR. è FLORIBUS MALORUM PERSICORUM.

℞ Flor. Malorum Perſicorum recent. libram unam.
Macerentur per diem, in Aq. font. tepidæ libris tribus. Deinde exprimantur; iteretur hoc quinquies in eodem liquore. Cujus demum colati libris tribus admiſce Sacchari opt. libras duas cum ſemiſſe, & percoque in Syr. ſ. a.

SYRUPUS de POMIS PURGANS.

℞ Succi Pomorum Fragrantium libras duas.
Boraginis,
Bugloſſi, ana ſeſquilibram.
Folior. Senæ mund. uncias duas.
Sem. Aniſi ſemiunciam.
Croci nodulo incluſi drachmam unam.
Sena & Aniſum macerentur in ſuccis defæcatis; elapſiſque 24 horis, fiat, poſt unam vel alteram ebullitionem, colatura. Huic adde Sacchari alb. libras duas, & (Croci nodulo inter coquendum expreſſo) fiat Syr. ſ. a.

SYRUPUS de RHABARBARO

℞ Rhabarbari opt.

Fol. Senæ, ana uncias duas cum ſemiſſe.
Flor. Violarum M. unum.
Cinnamomi ſeſquidrachm.
Zingiberis ſemidrachmam.
Aquarum Cichorii,
Fœniculi ana libras quatuor.

Tepidè macerentur totâ noĉte. Colatura decoquatur in Syrupum, cum Sacchari alb. libris duabus; Syr. Roſacei ſolutivi, poſtremum addendi, unciis duabus.

## SYRUPUS ROSACEUS SOLUTIVUS.

℞ Aq. Fontanæ ferventis libras quatuor.

Fol. Roſarum Damaſcenar. recent. quanti facilè capax eſt prædiĉta aqua. Fiat per horas xii, clauſo vaſe, infuſio; mox fortis expreſſio: in hâc denuo calefaĉtâ, nova & æqualis recentium Roſarum maceratio: iteretur ter, auĉtâ ſemper quantitate Roſarum recentium ad illam liquoris expreſſi, qui ſingulis vicibus ferè tertiâ parte augeatur: quo peraĉto, ex hujus liquoris partibus ſex, Sacchari albi partibus quatuor, fiat Syr. in *B. M.* ſ. a.

## SYRUPUS è SUCCO ROSARUM.

Paratur, ſine maceratione, è ſucco ſolo expreſſo Folior. Roſar. Damaſcenarum, habitâ Sacchari ad ſuccum (qui defæcandus eſt) pari, ut ſupra, proportione.

## SYRUPUS ROSACEUS SOLUTIVUS cum SENA.

℞ Fol. Senæ mundatorum uncias ſex.
Sem. Carui,
Fœniculi dulcis ana drachmas tres.

Conſperſa priùs cum Vino albo, macerentur per biduum, in infuſionis Roſar. Damaſcenarum præſcriptæ libris tribus. Cola dein, & coq. cum Sacchari albi libris duabus in Syrupum.

## SYRUPUS de SPINA CERVINA.

℞ Succi Baccarum maturarum, & recentium Spinæ Cervinæ, menſe Septembri colleĉtarum libras duas. Subſidant fæces; liquori reliquo adde
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ ana drachmas tres.

Macerentur in *B. M.* diei ſpatio, dein fiat expreſſio valida, addendoque Sacch. alb. ſeſquilibram, fiat Syrup. in *B. M.* ſ. a.

MELITA

# MELITA & OXYMELITA.

### MEL ANTHOSATUM.

℞ Florum Roriſmarini recentium libram unam.
Mellis deſpumati in Balneo libras tres.
Mixta in Ollâ, inſolentur, & ſerventur ad uſum.

### MEL HELLEBORATUM.

℞ Radic. Hellebori albi ſiccarum & conciſarum, libram unam.
Aquæ limpidiſſimæ libras quatuordecim.
Poſt infuſionem triduanam, coque paulatim ad medias; factâque diligenti expreſſione, recoque in Melleam conſiſtentiam, cum Mellis albiſſimi libris tribus.

### MEL MERCURIALE.

℞ Succi Mercurialis libras tres.
Mellis libras duas.
Depurentur & coquantur ad Mellis conſiſtentiam.

### MEL ELATINES.

℞ Succi Elatines depurat.
Mellis clarific. ana libras quatuor. Coque ad debitam conſiſtentiam.

### MEL MORORUM, vel DIAMORΩN.

℞ Succi Mororum Arboris & Fruticis, ante maturitatem & Solis ortum collectorum & per ſubſidentiam depuratorum, ana ſeſquilibram.
Mellis colati, & deſpumati libras duas.
Incaleſcant in *B. M.* ad debitam conſiſtentiam.

### MEL ROSATUM.

Fit ex ſucci vel. infuſ. Roſarum rubrarum librâ unâ, Mellis libris duabus cum ſemiſſe.

### MEL VIOLACEUM.

Paratur omnino, ut Mel Roſatum.

### OXYMEL SIMPLEX.

℞ Mellis optimi libras duas,
Aceti Vini albi libram unam.
Coquantur leni foco ad Syrupi liquidioris conſiſtentiam.

OXYMEL

3

## OXYMEL COMPOSITUM.

℞ Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi, ana uncias duas.
Sem. Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Aniſi, ana unciam unam.

Macerentur omnia (mundatis priùs & inciſis radicibus, contuſiſque ſeminibus) in aquæ claræ libris decem, Aceti Vini ſeſquilibrâ. Poſtridie coquantur leni calore ad tertiæ partis exhalationem. Colato reliquo & clarefacto admiſce Mellis libras tres, fiatque leni coctura, & deſpumatione aſſiduâ, Syrupus liquidior, ſ. a.

## OXYMEL SCILLITICUM.

℞ Mell. deſpumati libras tres.
Aceti ſcillitici libras duas. Coquantur ſ. a.

# ROB, ſive SAPÆ ET SUCCI.

## ROB, ſive SAPA Simplex.

℞ Succi recenter ex Uvis albis generoſis & maturis expreſſi q. v.

Tantiſper coquatur lento igne, donec pars una tantùm de tribus ſuperſit; vel Mellis inſtar craſſeſcat.

## ROB de BERBERIS.

℞ Succi Berberorum colati, libram unam.

Sacchari albiſſimi ſelibram: cum leni calore coquantur ad debitam ſpiſſitudinem.

## ROB de CERASIS.

℞ Succi Ceraſorum rubeorum ſubacidorum q. v.

Sacchari defæcati medium pondus.

Coque lento igne, ut ſupra, ſ. a.

## ROB de CORNIS.

℞ Cornorum libram.

Aquæ font. q. ſ.

Macerentur, trajiciatúrque pulpa per ſetaceum, factâque ſuperfluæ humiditatis evaporatione, additâque Sacchari albiſ. ſelibrâ, coque ad conſiſtentiam debitam.

## ROB CYDONIORUM.

℞ Succi Cydoniorum depurati q. v.

Lentè cocto ad tertiæ partis abſumptionem, adde

Sacchari albiſſimi dimidium; & repetitâ leni cocturâ, fiat Rob ſecundum artem.

## MIVA, vel GELATINA EORUNDEM.

℞ Succi Cydoniorum defæcati libras duodecim.

Cocturâ evaneſcat dimidium: Affunde reliquo

Vini albi veteris, libras quinque; &, ad mitem ignem, demptâ (ut oportet) ſpumâ, abſumatur pars tertia. Quod ſupereſt ſubſidat, & coletur; auctumque Sacchari libris tribus, coquatur ſ. a.

## ROB PRUNORUM ACIDORUM.

Paratur ut Rob Cydoniorum, & in utroque Sacchari uſus eſt indifferens.

## ROB de RIBES.

Paratur, ut Rob de Berberis, ex ſucco bene defæcato, adeoq; priùs calefieri debet, quàm ſubſidere.

## ROB BACCARUM SAMBUCI.

℞ Succi baccarum Sambuci q. v.
Inſpiſſetur ſenſim igne modico, vel per ſe, vel Sacchari additâ quartâ parte.

Eodem modo parantur ROB Ebulinum, Juniperinum, & Veronicæ; niſi quòd, in hoc poſtremo, Sacchari & Succi tantundem expetatur. Eodem modo parentur cætera.

## SUCCUS GLYCYRRHIZÆ Simplex.

℞ Radicum Glycyrrhizæ optimæ q. v.

Mundatas, leviterque contuſas, toto triduo in aquâ fontanâ macera; eâ ſcilicet copiâ, ut tres circiter digitos ſuperemineat. Tum demùm ferveſiant parùm, & exprimendo colentur; quodque expreſſum eſt, mitiori igne, in debitam Succi formam condenſetur ſ. a.

## SUCCUS PRUNORUM SYLVESTRIUM, aliàs ACACIA GERMANICA.

℞ Prunorum ſylveſtrium vixdum maturorum q. v.

Exprimatur Succus & in Balneo inſpiſſetur ſ. a.

Sic porro fiunt Succi inſpiſſati,
Ex Abſinthio,
Eupatorio,
Fumariâ, &c. Contuſis ſc. & expreſſis herbis, etiamnum tenellis: quorum Succus ad ebullitionem uſque ferveſcere ſinendus eſt, in *B. M.* & poſt colaturam ibidem in juſtam ſpiſſitudinem paulatim evaporare.

LOHOC,

# LOHOCH, SIVE ECLEGMATA.

## LOHOCH de PAPAVERE.

℞ Sem. Papav. albi drachmas viginti quinque.
Amygd. dulc. excortic. ex aquâ Roſar. rubr. unciam unam.
Nucleorum Pini mundat.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmas ſex.
Succi Glycyrrhizæ, unciam unam.
Amyli drachmas duas.
Sem. Portulacæ,
Lactucæ, ana ſemiunciam.
Cydoniorum drachmas duas.
Croci, drachmam unam.
Sacchari albi cand. uncias quatuor.
Syr. è Papavere erratic. libras tres.

Gummi macerentur in quadruplo colaturæ Syrupi de Pap. erratic. donec prorſus molleſcant, dein per cribrum ſetaceum tranſmittantur. Amygdalæ, Nuces Pineæ, & Sem. Pap. in mortario marmoreo bene contuſa, immiſceantur Syrupo, Saccharo, & ſucco Glycyr. & cum gummi emollitis diu in mortario agitentur. Demum adjiciantur ſemina Portulacæ, Lactucæ, & Cydoniorum excorticatorum; atque etiam Amylum, & Crocus pulverat. & per ſetaceum diligenter tranſmiſſa, redigantur in formam Lohoch ſ. a.

## LOHOCH SANUM.

℞ Folior. Hyſſopi hortenſis,
Calaminthæ ana ſemiunciam.
Jujubarum,
Sebeſten, demptis oſſiculis, ana paria quindecim.
Uvarum paſſarum exacinatar.
Ficuum pinguium,
Dactylorum recentiorum, ana uncias duas.
Sem. Lini,
Fœnugræci, ana drachmas quinque.

Capillorum Veneris, manipulum unum.
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Rad. Ireos in orbiculos ſectæ,
Glycyrrhizæ contuſæ,
Cinnamomi, ana unciam dimidiam.

Coquantur omnia ex arte, in aquæ limpidiſſimæ libris quatuor, ad medias. Additiſq; Sacchari Penidiat. libris duabus, & Gum. Tragacanthæ, Arabici, in decocto jam dicto ſolut. ana drachmis tribus, coque in Syrupum.

Poſtea incide minutiſſimè, & contunde

Nucleorum pineorum mundat. drachmas quinque.
Amygdalarum dulcium excorticatarum,
Glycyrrhizæ,
Amyli, ana drachmas tres.
Rad. Ireos drachmas duas.

His ab igne remotis inſpergatur Syrupus, gnaviterque piſtillo ligneo agitetur, donec albeſcat.

# CONDITA

## RADICUM, CAULIUM, CORTICUM, FLORUM, FRUCTUUM, PULPARUM.

℞ RADICUM Eryngii q. v.

Mundentur exteriùs, & interiùs, ablatâ medullâ.

Dein macerentur, diem unum atque alterum, in aquâ purâ aliquoties renovatâ; nitidoque panno lineo abſtergantur.

Tum ſume Sacchari albiſſimi pondus æquale; & Aquæ Roſarum tantum, quantum fundendo Saccharo ſufficiat; ſimulque igni admove & deſpuma, tandemque ferè in Syrupum coctο injice Radices; quæ porrò tantiſper elixandæ ſunt, dum abſumpta ſit ſuperflua humiditas, & Syrupus debitam formam acquiſiverit.

His non multùm diſſimiliter condiuntur

Radices { Angelicæ, Enulæ Campanæ, Satyrii, Symphyti majoris, Zingiberis, Zedoariæ.

Sic etiam parantur Caules Angelicæ, &c. collecti ante nimiam maturitatem.

℞ CORTICUM Aurantiorum recentium q. v.

Aufer extimam flavedinem; &, triduano ad minimùm ſpatio, in Aquâ Fontanâ, ſæpius mutandâ, macera; tum conjice in Saccharum, ut priùs habitum coctumque, & fiat Conditura ſ. a.

His congruenter tractandi ſunt

Cortices { Citriorum, Limonum, &c.

℞ FLORUM Citri q. v.

Cura condiendos cum Saccharo.

Eodem modo agendum cum Floribus Aurantiorum.

℞ MALA Armeniaca quot volueris.

Deme exteriorem pelliculam cum

cum internis oſſiculis, & pari Sacchari albiſſimi pondere immiſce.

Rursùm, poſt quatuor horas, exime; Saccharoque, abſque ullo novo liquore, coĉto denuo impone, ut ſimul coquantur ſ. a.

Condiendi modum aut his omnino ſimilem, aut parùm diſſimilem habent alii

Fructus, ut
- Berberis integri,
- Ceraſa,
- Corna, ſive Cornaceraſa,
- Mala
  - Citria,
  - Cydonia,
  - Perſica,
  - Vulgaria,
- Myrobalanorum quinque ſpecies,
- Nuces
  - Juglandes,
  - Moſchatæ.
- Paſſulæ,
- Piper in racemis ex Indiâ,
- Pruna
  - Hortenſia,
  - Sylveſtria,
- Pyra,
- Uvæ.

PULPÆ etiam condiuntur, ut Berberorum, Caſſiæ fiſtularis ſive ſolutivæ, Citri, Cynoſbati, Cydoniorum, Prunorum ſylveſtrium, &c.

℞ Berberorum, ſive fructuum Oxyacanthæ q. v.

Bulliant in Aquæ Fontanæ q. ſ. donec tenereſcant. Hinc pulpa, ligneo ad id facto piſtillo, per cribrum ſetis denſum, ab arillis libera exprimatur. Dein, in vaſe fictili, coquatur eadem, lento igne, & crebrâ, aduſtionis metu, agitatione, donec aquoſa humiditas evanuerit. Tum demum Pulpæ ſex libris admiſce Sacchari decem, & percoque in debitam conſiſtentiam.

Condiri etiam dicuntur, ſed Muriâ & Aceto, Flores Geniſtæ nondum aperti: &, inter Fructus, Cappares, Olivæ, &c.

Denique inter Cortices, Cinnamomum: inter Flores, illos Calendulæ: inter Fructus, Amygdalas, Caryophyllos, Pineas, Piſtacia, &c. condiri dicimus: utì etiam Semina & Surculos. Sed hæc, ad diſcrimen aliorum, Saccharo plerumque ſicca incruſtantur; &, proprio magis nomine, Confecta, ſive Confectiones appellantur.

CONSERVÆ,

# CONSERVÆ, & SACCHARA.

## CONSERVÆ.

Herbar. Abſinthii,
Acetoſæ.
Florum Aurantiorum,
Boraginis,
Caryophyllorum.
Foliorum Cochleariæ.
Florum Conſolidæ majoris.
Fruct. Cynosbati.
Summitatum Fumariæ,
Lavendulæ,
Lilii Convallium,
Majoranæ,
Malvæ.
Foliorum Menthæ.
Florum Roſarum { Damaſcenarum,
Rubrarum,
Caninarum,
Roriſmarini.
Foliorum Rutæ.
Sambuci,
Violarum.
Flaved. Aurantiorum,
Corticis Limonum,
Prunorum Sylveſtrium,
Berberorum.

Ex his omnibus fiunt Conſervæ, cum Sacchari albiſſimi triplâ proportione. Notandum tamen, non omnia ſimiliter miſceri.

Quædam enim priùs incidi volunt, contundi, & leviter coqui. Quædam nec incidi, nec contundi, nec coqui. Quædam denique horum alterum tantùm ferunt, aut fugiunt. Quâ in re, facilè quivis Artifex, hâc ſolâ præmonitione, errorem omnem vitabit.

## SACCHARUM TABULATUM Simplex & Perlatum.

Fit Prius effuſo in vas marmoreum Saccharo, poſt debitam cocturam cum Aquæ Roſarum pallidarum dimidio pondere. Poſterius verò, additâ ſingulis libris prioris, ſub finem coctionis, Margaritarum præparatarum & tritarum ſemiunciâ, cum foliis Auri octo, vel decem.

## SACCHARUM TABELLATUM Compoſitum.

℞ Rhabarb. electi ſcrupulos quatuor.
Agarici trochiſcati,
Corallinæ,
Cornûs cervi uſti,
Fol. Dictamni Cretici,
Sem. Santonici,
Portulacæ,
Acetoſæ, ana ſcrupulum unum.
Cinnamomi,
Zedoariæ,

Caryo-

Caryophyllorum,
Croci, ana ſemiſcrupulum.
Sacchari albiſſimi tenuiter triti libram unam.
Diſſoluto Saccharo in
Aquæ Abſinthii ſimpl. unciis quinque.
Aquæ Cinnamomi Fort. cochleari uno; fiant, cum præſcriptis Speciebus, Tabulæ ſecundùm artem.

## SACCHARUM HORDEATUM.

Paratur ex Saccharo, ad lentum ignem, in decocto Hordei, ſoluto, & albuminibus ovorum diligenter concuſſis, ſemel atque iterum inter bulliendum depurato. Mox per pannum colatur, rurſumque igni admotum lentè bullire ſinitur, donec in magnas attollatur bullas, factoque ex arte periculo, dentibus maſticatum non adhæreat. Dein in tabulam marmoream oleo amygdalino inunctam (ſubſidentibus priùs extra ignem bullis) effunditur, ubi promanantes ejus extremitates toties verſus medium reducuntur, donec reſinæ laricеæ inſtar lenteſcat. Tum demum alicubi ad uncum ſuſpenditur, celeriterque manibus amylo conſperſis in fila tenuiora, craſſiora, breviora, aut longiora, diu diſtrahitur, diſtractumque pro libitu, ut indureſcat, tabulæ, ad id paratæ, imponitur.

## CONFECTIO de THURE.

℞ Sem. Coriandri præparati, unciam dimidiam.
Nucis Moſchatæ,
Thuris albiſſimi, ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ,
Maſtiches, ana drachmas duas.
Cubebarum,
Corn. Cervi præparati, ana drachmam unam.
Conſervæ Roſarum rubrarum unciam unam.
Sacchari albiſſimi q. ſ. ad conficiendum mediocres Morſellos.

## SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞ Florum Roſarum rubrarum, demptis ungulis, in Sole celeriter ſiccatorum, unciam unam.
Sacchari albiſſimi, libram unam.
Fundatur Saccharum ad ignem in Aquæ roſar. rubrarum & ſucci earundem, ana unciis duabus.
His ſenſim abſumptis pulveratas Roſas admiſce, ſimulque in marmor effunde, ut
Fiant Tabellæ ſecundùm artem.

# SPECIES, ſive PULVERES.

## AROMATICUM ROSATUM

℞ Roſarum rubrarum exungulatarum drachmas quindecim.
Glycyrhizæ raſæ drachmas ſeptem.
Ligni Aloes,
Santali citrini ana drachmas tres.
Cinamomi opt. drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas duas & ſemis.
Gummi Arabici,
Tragacanth. ana ſcrupulos octo.
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi majoris,
Galangæ ana drachmam unam.
Spicæ Nardi Indicæ, ſcrupulum unum. Fiat Pulvis in uſum ſervandus.

## PULVIS è CHELIS CANCRORUM Compoſitus.

℞ Margaritarum præparatarum,
Oculorum Cancri,
Corallii rubri,
Succini albiſſimi,
Corn. Cervi calcinati,
Lapidis Bezoardici Orientalis ana unciam unam.
Pulveris ex apicibus nigris chelarum Cancrorum, ad pondus omnium. Fiat Pulvis, in Globulos redigendus, mediante ſolutione Gummi Arabici.

## PULVIS GRANORUM KERMES Compoſitus.

℞ Granorum Kermes drachmam unam.
Nucis Moſchatæ, ſcrupulos duos.
Rad. Tormentillæ,
Ligni Santali citrini ana ſemidrachmam.
Caryophyllorum,
Margaritarum præparatarum,
Corallii utriuſque præparat. ana ſcrupulum. Fiat pulvis.

## PULVIS DIACALAMINTHES Simplex.

℞ Calaminthæ Montanæ,
Pulegii,
Origani,
Seminum Petroſelini Macedonici,
Vulgaris.
Seſeleos ana drachmas duas,
Apii,
Cymarum Thymi ana unciam dimidiam.

Seminis Liguſtici,
Piperis albi ana unciam unam. Fiat Pulvis.

## PULVIS RADICUM ARI Compoſitus.

℞ Pulv. Radicis Ari maculati recentis uncias duas.
Radicis Acori vulgaris,
Pimpinellæ Saxifragæ ana unciam unam.
Oculorum Cancrorum ſemiunciam.
Cinamomi drachmas tres.
Salis Abſinthii drachmam unam. M. fiat Pulvis.
N. B. Pulvis Rad. Ari ſemper recens addendus.

## LAPIS CONTRAYERVÆ.

℞ Corn. Cervi calcinati Pulv.
Corallii rubri præpar.
Margaritarum,
Succini albi,
Oculorum Cancrorum ana drachmas duas.
Rad. Contrayervæ pulv.
Chelar. Cancrorum præp. ana ſemiunciam.
M. fiant globuli cum ſolutione Gummi Arabici.

## PULVIS CEPHALICUS.

℞ Fol. Aſari,
Majoranæ,
LiliorumConvall. ana. q. v.
Fiat Pulvis.

## PULVIS CARDIACUS MAGISTRALIS.

℞ Lapidis Bezoardici Orientalis,
Corn. Cervi calcinati ana drachmam unam & ſemis.
Corallii albi,
rubri præparati,
Succini albi,
Perlarum præparat.
Boli Armenæ,
Terræ Japonicæ,
Rad. Tormentillæ ana drachmas duas.
Ligni Aloes,
Corticum Citri,
Rad. Angelicæ,
Zedoariæ ana ſcrupulos duos. Fiat Pulvis.

## PULVIS CORNACHINI.

℞ Diagryd. Sulphurati drachmas decem.
Antimonii Diaphoretici drachmas ſex.
Cremoris Tartari uncias duas & ſemis. Fiat Pulvis.

## SPECIES DIAMBRÆ ſine Odoratis.

℞ Cinamomi,
Rad. Angelicæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Folii Indi, ſeu Malabathri,
Galangæ ana drachmas tres.
Spicæ Indicæ,

Carda-

Cardamomi majoris,
minoris, ana drachmam unam.
Zinziberis drachmam unam & ſemis.
Ligni Aloes,
Santali Citrini,
Piperis longi ana drachmas duas. Fiat Pulvis.

## SPECIES DIAMBRÆ cum Odoratis.

Conficitur addendo ſpeciebus prædictis, Ambræ Griſeæ ſeſquidrachmam, Moſchi ſemidrachmam.

## PULVIS DIACINAMOMI.

℞ Cinamomi electi drachmas quindecim.
Caſiæ Ligneæ,
Rad. Helenii ana ſemiunciam.
Galangæ drachmas ſeptem.
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Cardamomi utriuſque,
Zinziberis,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Xyloaloes ana drachmas tres.
Croci drachmam.
Sacchar. cryſtal. alb. drachmas quinque. Fiat Pulvis.

## SPECIES DIANTHUS.

℞ Flor. Roriſmarini unciam unam.
Roſarum rubrarum,
Glycyrhizæ, ana drachmas ſex.
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Galangæ,
Cinamomi,
Zinziberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloes,
Cardamomi minoris,
Seminum Anethi,
Aniſi, ana ſcrupulos quatuor. Fiat Pulvis.

## SPECIES DIATRAGACANTHI FRIGIDÆ.

℞ Gummi Tragacanth. uncias duas.
Arabici unciam unam & drachmas duas.
Amyli, unciam dimidiam.
Glycyrhizæ,
Seminum Melonum,
Papaveris albi ana drachmas tres.
Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ, ana drachmas duas.
Sacchari cryſtalliz. alb. uncias tres. Fiat Pulvis.

## SPECIES DIATRIΩN PIPEREΩN.

℞ Piperis Nigri,
Longi,
Jamaicenſis ana drachmas ſex, & grana quindecim.
Seminis Aniſi,
Thymi,

Zinziberis,

Zinziberis ana drachmam unam. Fiat Pulvis.

PULVIS ad GUTTETAM.

℞ Rad. Fraxinellæ,
Viſci Quercûs,
Contrayervæ,
Serpentariæ Virginianæ,
Pæoniæ maris,
Seminis Pæoniæ maris,
Cornu Cervi calcinati,
Ungulæ alcis, ana drachmas duas.
Rad. Valerianæ ſylveſtris, unciam.
Corallii rubri,
Cranii humani, ana drachmas tres.
Lapidis Hyacinthi drachmam unam.
Bezoardici Occidentalis drachmam unam & ſemis.
Orientalis ſcrupulum. M. fiat Pulvis: Cui addi poſſunt
Moſchi grana quinque.
Foliorum Auri N° triginta.

PULVIS HALY.

℞ Seminis Papaveris albi, drachmas decem.
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmas tres.
Seminum Portulacæ,
Althææ,
Malvæ, ana drachmas quinque.
Cucumeris,
Melonis,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Cydoniorum mundat. ana drachmas ſeptem.
Glycyrhizæ drachmas tres.
Succini albi drachmas duas.
Sacchari cryſtall. ad pondus omnium. Fiat Pulvis.

SPECIES HIERÆ PICRÆ.

℞ Cinamom.
Zedoariæ,
Aſari,
Seminum Cardamomi minor.
Croci ana drachmas ſex.
Coccinell. ſcrupulum unum,
Aloes optim. uncias duodecim. Fiat Pulvis.

PULVIS LÆTIFICANS GALENI.

℞ Florum Ocimi Caryophyllati, aut ſeminis ejuſdem,
Croci,
Zedoariæ,
Santali citrini,
Caryophyllorum,
Corticum Citri,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Styracis calamitæ, ana drachmas duas & ſemis.
Raſuræ Eboris,
Seminum Aniſi,
Thymi,
Epithymi ana drachmam unam.
Oſſis è Corde Cervi,

Margaritarum,
Camphoræ,
Ambræ griſeæ,
Moſchi ana ſemidrachmam.
Foliorum Auri,
Argenti ana ſcrupuli ſemis. Fiat Pulvis ſ. a.

PULVIS SAXIFRAGIÆ, Compoſitus.

℞ Rad. Pimpinellæ Saxifragæ ſemidrachmam.
Sem. Saxifragæ,
Geniſtæ,
Milii Solis ana drachmam.
Lactucæ,
Hyoſcyami,
Papaveris albi,
quatuor frigidorum major. ana ſcrupulos duos.
Troch. Alkekengi ſeſquidrachmam.
Glycyrhizæ ſcrupulos quatuor.
Sacchar. Cryſtall. alb. tempore utendi uncias duas. Fiat Pulvis.

PULVIS DIALTHÆÆ.

℞ Rad. ſiccatæ Althææ, drachmas quinque.
Glycyrhizæ Hiſpanicæ,
Oſſium Meſpilorum ana ſemiunciam.
Sem. Milii ſolis.
Petroſelini,
Digitalis ana drachmas tres.
Oculor. Cancrorum præparat. drachmas ſex.
Gummi Arabici drachmas duas.
Ceraſi,
Pruni, ana drachmam.
Accuratè triturentur. Fiat Pulvis.

PULVIS ANTILYSSUS.

℞ Pulveris Lichenis cinerei terreſtris,
Piperis nigri ana. Fiat Pulvis.

PULVIS SENÆ Compoſitus Major.

℞ Sem. Aniſi,
Carui,
Fœniculi,
Cymini,
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Galangæ ana ſemiunciam.
Glycyrhizæ,
Milii Solis, ana unciam.
Senæ ad pondus omnium. Fiat Pulvis.

PULVIS SENÆ Compoſitus Minor.

℞ Senæ optimæ uncias duas.
Cremoris Tartari ſemiunciam.
Macis ſcrupulos duos & ſemis.
Zinziberis,
Cinamomi ana drachmam & ſemis.
Salis Gemmæ drachmam. Fiat Pulvis ſ. a.

### PULVIS DIASENÆ.

℞ Foliorum Senæ,
Cremoris Tartari ana uncias duas.
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Galangæ,
Ammeos ana drachmas duas.
Diagrydii ſemiunciam. Fiat Pulvis.

### PULVIS COMITIS WARWICENSIS.

℞ Scammonii fumo Sulphuris præp. uncias duas.
Antimonii Diaphoretici unciam unam.
Cryſtallorum Tartari ſemiunciam. M. Fiat Pulvis.

### PULVIS DIATURPETHI Compoſitus.

℞ Rad. Turpethi,
Jalapii,
Hermodactyli,
Tartari Vitriolati ana partes æquales. Fiat Pulvis ſ. a.

ELECTU-

# ELECTUARIA ALTERANTIA.

## CONFECTIO ALKERMES.

℞ Aquæ Roſarum odoratiſſimæ libras duas.
Succi Granorum Kermes libras tres.
Sacchari albiſſ. libram unam.
Coque ad Mellis fere conſiſtentiam, deinde ſuperinjicito Pulveres ſequentes,
Cinamomi electi,
Ligni Aloes optimi ana drachmas ſex. Confice ſ. a.

## ELECTUARIUM è SASSAPHRAS.

℞ Ligni Saſſaphras odoratiſſimi uncias duas.
Aquæ Fontanæ libras duas.
Coq. ad tertiæ partis conſumptionem; addendo ſub finem,
Cinamomi fracti ſemiunciam. Coquatur colatura, cum Sacchari albiſſimi libra una, in Syrupi craſſioris conſiſtentiam, ſuperinjiciendo
Ligni Saſſafras pulverizat. unciam unam.
Pulveris Cinamomi drachmam.
Nucis Moſchatæ ſemiſcrupulum. Fiat ſ. a. Electuarium.

## ELECTUARIUM de BACCIS LAURI.

℞ Foliorum Rutæ Siccat. drachmas decem.
Seminum Ammeos,
Cymini,
Liguſtici,
Origani,
Carui,
Dauci,
Petroſelini,
Piperis nigri,
Longi,
Mentaſtri,
Calami Aromatici,
Baccarum Lauri,
Caſtorei ana drachmas duas.
Sagapeni ſemiunciam.
Opopanacis drachmas tres.
Mellis deſpumati libram & ſemis.
Tritis optimè quæ terenda: Fiat Electuarium ſub finem, additis Gummi Vino albo ſolutis.

## DIACORALLION.

℞ Corallii albi,
rubri,
Boli Armenæ veræ,

Sang.

Sang. Draconis ana drachmam.
Margaritarum ſemi-drachmam.
Xyloaloes,
Roſarum rubrarum,
Gummi Tragacanthæ,
Cinamomi ana ſcrupulos duos.
Ligni Santali albi,
rubri ana ſcrupulum.
Sacchari in Aqua Cinamomi tenuiori ſoluti quadruplum. M. f. Electuarium.

## DIACYDONIUM.

℞ Carnis Cydoniorum mundatorum, in fruſta diſſectorum, & in aqua dulci ad Spiſſitudinem coctorum, libras octo.
Sacchari albiſſimi deſpumati, & ad juſtam conſiſtentiam concocti libras ſex. Coque ad Spiſſitudinem.

## CONFECTIO de SANTALIS.

℞ Santalorum omnium ana unciam.
Corallii rubri,
Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ ana ſemiunciam.
Granorum Kermes,
Radicum Tormentillæ,
Dictamni,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum rubrarum exungulatarum.
Corn. cervi calcinati, ana drachmas tres, cum Syrupo Caryophyllorum, fiat confectio.

## ELECTUARIUM DIASPERMATΩN.

℞ Quatuor Seminum frigidorum { majorum & minorum.
Seminum Aſparagi,
Pimpinellæ,
Ocimi,
Petroſelini,
Granorum Halicacabi ana drachmas duas.
Milii Solis,
Succi Glycyrhizæ ana drachmas duas.
Cinamomi,
Macis ana drachmam unam.
Sacchari albi, aqua ſoluti, octuplum. Fiat Electuarium ſ. a.

## ELECTUARIUM PECTORALE.

℞ Succi Glycyrhizæ,
Amygdalarum dulcium ana ſemiunciam.
Pinearum unciam.
Hyſſopi,
Capillorum Veneris,
Ireos Florentin.
Seminis Urticæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana ſeſquidrachmam.
Seminis Naſturtii,
Radicum Enulæ ana ſemidrachmam.
Mellis uncias quatuordecim.
Fiat Electuarium.

## THERIACA DIATESSARΩN.

℞ Rad. Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana uncias duas.
Mellis libras duas. M. F. Electuarium. Quod, additis raſuræ Eboris unciis duabus, Diapente dicitur.

## DIASCORDIUM.

℞ Cinamomi,
Caſſiæ ligneæ ana ſemiunciam.
Scordii veri unciam.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Galbani,
Gummi Arabici ana ſemiunciam.
Styracis calamitæ drachmas quatuor & ſemis.
Opii,
Seminis Acetoſæ, ana drachmam & ſemis.
Gentianæ ſemiunciam.
Boli Armenæ unciam unam & ſemis.
Terræ ſigillatæ Lemniæ ſemiunciam.
Piperis longi,
Zinziberis ana drachmas duas.
Mellis albi deſpumati libras duas & ſemis.
Sacchari roſati libram unam.
Vini Canarini generoſi, uncias octo. Fiat Electuarium ſ.a.
Paretur etiam cum Syrupo de Meconio, loco mellis, omiſſo Saccharo Roſato.

## MITHRIDATIUM.

℞ Myrrhæ Arabicæ,
Croci,
Agarici,
Zinziberis,
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris,
Sem. Thlaſpios ana drachmas decem.
Seſeleos,
Opobalſami, ſeu Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem,
Junci odorati,
Stœchados Arabicæ,
Coſti veræ,
Galbani,
Terebinthinæ Cypriæ,
Piperis longi,
Caſtorei,
Succi Hypociſtis,
Styracis Calamitæ,
Opopanacis,
Fol. Malabathri recentium, ſeu, ejus defectu, Macis ana unciam.
Caſſiæ Ligneæ,
Polii Montani,
Piperis albi,
Scordii,
Sem. Dauci Cretici,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Trochiſc. ~~Scillarum~~, Cypheos
Bdellii ana drachmas ſeptem.
Nardi Celticæ purgatæ,
Gummi Arabici,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Opii,

Carda-

Cardamomi minoris,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,
Flor. Roſarum rubr.
Dictamni Cretenſis, ana drachmas quinque.
Sem. Aniſi,
Aſari,
Acori, ſeu Calami Aromatici,
Ireos,
Phu majoris,
Sagapeni, ana drachmas tres.
Mei Athamantici,
Acaciæ,
Ventrium Scincorum,
Summitatum Hyperici, ana drachmas duas & ſemis.

Vini Canarini optimi quantum ſufficit ad ſolutionem Gummi, & Succorum, nempe circiter uncias viginti ſex. Mellis deſpumati triplum ad omnia præter Vinum. Fiat Elect. ſ. a.

Paretur etiam cum Syrupo de Meconio, loco Mellis.

## PHILONIUM ROMANUM.

℞ Piperis albi,
Sem. Hyoſcyami albi, ana drachmas quinque.
Opii drachmas duas & ſemis.
Caſſiæ Ligneæ drachmam unam & ſemis.
Sem. Apii drachmam.
Petroſelini Macedonici,
Fœniculi,
Dauci Cretici, ana ſcrupulos duos, & grana quinque.
Croci ſcrupulum & ſemis.
Spicæ Indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ, ana grana quindecim.
Cinnamomi drachmam unam & ſemis.
Myrrhæ,
Caſtorei, ana drachmam.
Syrupi de Meconio q. ſ. Fiat Electuarium.

## THERIACA ANDROMACHI.

℞ Trochiſcorum Scillarum drachmas quadraginta octo.
Viperarum,
Piperis longi,
Opii,
Trochiſc. Hedychr. ana drachmas viginti quatuor.
Flor. Roſarum rubr. ſiccarum & exungulatarum,
Iridis Illyricæ odoratæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem. Napi dulcis,
Cymarum Scordii,
Opobalſami,
Cinnamomi,
Agarici Trochiſc. ana drachmas duodecim.
Myrrhæ,
Coſti odorati, ſeu Zedoariæ,
Croci,
Caſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Piperis albi,
nigri,
Thuris maſculini,
Dictamni Cretici,
Rhapontici,
Stœchados Arabicæ,
Marrubii,

Sem. Petroſelini Macedonici,
Calaminthæ,
Terebinthinæ Cypriæ,
Rad. Pentaphylli,
Zinziberis, ana drachmas ſex.
Cymarum Polii Cretici,
Chamæpityos,
Rad. Nardi Celticæ,
Amomi,
Styracis Calamitæ,
Rad. Mei Athamantici,
Cymarum Chamædryos,
Rad. Phu pontici,
Terræ Lemniæ,
Fol. Malabathri,
Chalcitidis uſtæ, vel ejus loco Chalcanthi Romani uſti.
Rad. Gentianæ,
Gummi Arabici,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, vel Nucis Moſchatæ, vel Cubebarum,
Sem. Aniſi,
Cardamomi,
Fœniculi,
Seſeleos,
Acaciæ, vel ejus loco, Succi inſpiſſati Prunellorum acerborum,
Seminum Thlaſpios,
Summitatum Hyperici,
Sem. Ammeos,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Caſtorei optimi,
Rad. Ariſtolochiæ longæ,
Bituminis Judaici, vel Succini,
Sem. Dauci Cretici,
Opopanacis,
Centaurii minoris,
Galbani pinguis, ana drachmas duas.

Vini Canarini veteris, q. ſ. quo diſſolvantur ſimplicia humida, & liquabilia: Mellis optimi deſpumati triplum ponderis ſpecierum ſiccatarum. M. fiat Electuarium ſ. a.

Paretur itidem cum Syrupo de Meconio, loco Mellis.

## CONFECTIO ARCHIGENIS.

℞ Caſtorei optimi,
Piperis longi,
nigri,
Styracis,
Spicæ Nardi,
Coſti,
Galbani,
Opii, ana ſemiunciam.
Croci drachmas duas.
Syrupi de Artemiſiâ q. ſ. Fiat Confectio.

## THERIACA LONDINENSIS.

℞ Seminum quatuor Calidorum {majorum, minorum, ana unciam.
Rad. Angelicæ,
Serpentariæ Virginianæ,
Tormentillæ,
Enulæ Campanæ,
Zedoariæ,
Contrayervæ,
Calami Aromat.
Gentianæ, ana drachmas duas.
Foliorum Dictamni Cretici,
Scordii,
Rutæ,
Baccarum Lauri,

Juniperi

Juniperi, ana ſemiunciam.
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Croci,
Myrrhæ,
Caryophyllorum ana drachmas tres.
Zinziberis,
Opii ana drachmas duas.
Syrupi de Meconio ad craſſiorem conſiſtentiam cocti, triplum ad pondus omnium. Vini Canarini q. ſ. Fiat Elelectuarium ſ. a.

## CONFECTIO RALEIGHANA.

℞ Raſuræ Corn. Cervi libram.
Carnis Viperarum cum Cordibus & Hepatibus uncias ſex.
Florum Boraginis,
Roriſmarini,
Calendulæ,
Roris ſolis,
Roſarum rubrarum,
Sambuci ana ſelibram.
Herbarum Scordii,
Cardui benedicti,
Meliſſæ,
Dictamni Cretici,
Menthæ,
Majoranæ,
Betonicæ, ana manipulos duodecim.
Succi Kermes,
Seminum Cardamomi majoris,
Cubebarum,
Baccarum Juniperi,
Maceris,
Nucis Moſchatæ,
Caryophyllorum,
Croci ana uncias duas.
Cinamomi optimi,
Corticis Ligni Saſſafras,
Flaved. Malorum Citriorum,
Aurantiorum,
ana uncias tres.
Ligni Aloes,
Saſſafras ana uncias ſex.
Rad. Angelicæ,
Valerianæ ſylveſtris,
Fraxinellæ, ſeu Dictamni albi,
Serpentariæ Virginianæ,
Zedoariæ,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Ariſtolochiæ longæ,
rotundæ,
Gentianæ,
Imperatoriæ, ana ſeſquiunciam.

Omnia inciſo & groſſo modo contuſa in vaſe idoneo poſita, cum Spiritu Vini rectificato, extrahantur ſ. a. Tincturæ, filtratæ in extractum evaporentur, mediante diſtillatione in Balneo Mariæ; Magma expreſſum comburatur, cineres reverberati aqua lixivientur: unde Sal purum l. a. paretur, extracto adjiciendum. His ita peractis, huic extracto adde ut artis eſt, pulverem ſequentem cæteraque ingredientia.

℞ Lapidis Bezoard. Orientalis & Occidentalis ana ſeſquiunciam.

 Perlarum

Perlarum Oriental. uncias duas.
Corallii rubri uncias tres.
Boli Oriental.
Terræ ſigillatæ veræ,
Corn. Cervi calcinat. ana unciam.
Ambræ Griſeæ unciam.
Moſchi oriental. ſeſquidrachmam.

Sacchari cryſtal. alb. pulverati libras duas. Fiat ſ. a. Confectio.

ELECTU-

# ELECTUARIA PURGANTIA.

### BENEDICTA LAXATIVA.

℞ Turpethi electi drachmas decem.
Diagrydii,
Corticis Rad. Eſulæ præparat.
Hermodactylorum ana drachmas quinque.
Seminum Aniſi,
Fœniculi ana ſemiunciam.
Salis Gemmæ unciam.
Mellis deſpumati triplum. Fiat Electuarium.

### ELECTUARIUM AMARUM.

℞ Epithymi ſemiunciam.
Rad. Angelicæ drachmas tres.
Gentianæ,
Zedoariæ,
Acori ana drachmas duas.
Cinamomi ſeſquidrachmam.
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Croci ana drachmam.
Aloes uncias ſex.
Cum Syrupi de corticibus Citreorum vel Aurantiorum, Sacchari ana q. ſ. Fiat Electuarium.

### DIACASIA cum MANNA.

℞ Prunorum Damaſcenorum uncias duas.
Florum Violarum manipulum & ſemis.
Aquæ Fontanæ ſeſquilibram.
Bulliant ad dimidii conſumptionem; in colatura diſſolve,
Pulpæ Caſiæ recens extractæ uncias ſex.
Syrupi Violarum uncias octo.
Pulpæ Tamarindorum unciam.
Sacchari Cryſtall alb. ſeſquiunciam.
Mannæ optimæ uncias duas.
M. Fiat Electuarium ſ. a.

### CASIA EXTRACTA cum FOLIIS SENÆ.

℞ Electuar. Diacaſiæ cum Manna libras duas.
Pulveris Fol. Senæ uncias duas.
Seminis Carui unciam.
Syrupi Violarum q. ſ. M.

### DIAPRUNUM LENITIVUM.

℞ Pruna Damaſcena recentia & matura N° centum.
Coquantur in modica Aquæ

quantitate donec tabeſcant, tum ab igne mota, & pauliſper refrigerata Pulpa, per Cribrum trajiciatur, & reſervetur. In percolato liquore coque Flor. Violarum unciam unam, & in colatura diſſolve Sacchari libras duas, & coque in Syrupum. Deinde adde

Pulpæ prædictæ libram ſemis.
Caſiæ,
Tamarindorum cum exigua quantitate ipſius decocti diſſolutorum & colatorum ana unciam.

Coque denuo leni igne, jugiter agitando, & permiſce Pulveres ſequentes:

Seminis Coriand.
Rhabarbari,
Glycyrhizæ,
Rad Althææ ana q. ſ. ad Electuarium molle.

## DIAPRUNUM SOLUTIVUM.

℞ Diapruni Lenitivi recentis & tepentis libras quatuor.
Scammonii præparat. uncias duas & drachmas quinque M. f. Electuarium ſ. a.

## CATHOLICON.

℞ Pulpæ Caſiæ,
Tamarindorum,
Fol. Senæ ana uncias duas.
Rad. Polypodii,
Flor. Violarum,
Rhabarbari, ana unciam.
Sem. Aniſi,
Sacchari albi,
Glycyrhizæ ana drachmas duas conterenda conterantur, ſume Polypodii recentis contuſi uncias tres.
Sem. Fœniculi drachmas ſex.

Fiat decoctio in libris quatuor Aquæ fontanæ, ad tertiæ partis abſumptionem.

Colentur & colaturæ adde Sacchari albiſſimi libras duas. Coquantur iterum ad Syrupi Spiſſitudinem. Tum Pulpis Caſiæ & Tamarindorum in parte decocti ſolutis, ignique impoſitis, affunde ſenſim Syrupum, deinde adde Pulveres ut fiat Electuarium.

## ELECTUARIUM ex ELLEBORO.

℞ Rad. Ellebori albi inciſarum libram unam.
Aquæ Fontanæ libras duodecim.

Macera totum triduum; deinde coque ad dimidii exhalationem; factâque validâ expreſſione, colaturâ, adde Mellis libras tres, & coquatur denuo ad Mellis conſiſtentiam.

## ELECTUARIUM LENITIVUM.

℞ Paſſarum exacinatarum,
Polypodii quercini recentis,
Senæ optimæ ana uncias duas.
Mercurialis manipulum & ſemis.
Ficuum N° viginti.



Capil-

Capillorum Veneris,
Flor. Violarum,
Hordei mundati ana manipulum.
Prunorum Damaſcenorum,
Tamarindorum ana drachmas ſex.
Glycyrrhizæ ana ſemiunciam.
Coquantur ſ. a. in aquæ libris decem, ad tertiæ partis conſumptionem, & validâ expreſſione, colentur; in colaturæ tepentis alterâ parte ſolve,
Pulpæ Caſiæ,
Tamarindorum,
Prunorum recentium,
Sacchari Violati ana uncias ſex.
In alterâ diſſolve, Sacchari optimi libras duas. Ultimò adde pulveris foliorum Senæ ſeſquiunciam, Seminis Coriandri unciam, cuilibet Electuarii libræ; ſicque in formam Electuarii redigantur, ſ. a.

## ELECTUARIUM è SUCCO ROSARUM.

℞ Sacchari,
Succi Roſarum Damaſcenarum ana libram unam & uncias quatuor.
Lign. trium Santalorum ana ſemiunciam.
Maſtich. drachmas tres.
Diagrydii, drachmas duodecim.
Santala radantur, & in ſubtilem pulverem reducantur: iis admiſce Diagrydium, a Maſtich. ſeorſim pulverata; demum cum Succo Roſarum in Syrupum cocto, cum Saccharo, etiamnum tepido, fiat Electuarium.

## HIERA PICRA Simplex.

Fit redigendo Species Hieræ in Electuarium, cum Melle deſpumato, vel Syrupo Violarum.

## HIERA DIACOLOCYNTHIDIS.

℞ Colocynthidos,
Agarici,
Chamædryos,
Marrubii albi,
Stœchados ana drachmas decem.
Opopanacis,
Sagapeni,
Sem. Petroſelini,
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ,
Piperis albi ana drachmas quinque.
Spicæ Nardi,
Cinamomi,
Myrrhæ,
Croci ana drachmas quatuor.
Gummi trita in Mortario, cribrata cætera, excipiantur mellis deſpumati libris tribus, unciis tribus, & drachmis quinque, ut fiat Electuarium, ſ. a.

# PILULÆ.

## PILULÆ de AGARICO.

℞ Agaric. Trochiſcat. unciam unam.
Speciei Hieræ unciam dimidiam.
Myrrhæ drach. ſex.
Syr. de Spin. Cervin. q. ſ. M. fiat Maſſa Pilular. ſ. a.

## PILULÆ ALOEPHANGINÆ.

℞ Cinnamomi,
Caryophill.
Cardamom. min.
Nuc. Moſc.
Macis,
Calam. Aromatici,
Carpobalſam. vel ejus loco Bac. Junip.
Schœnanthûs,
Santali Citrini,
Galegæ,
Roſar. rubrar. ana ſemiunciam.

Ex his craſſiuſculè tritis eliciatur, cum Spir. Vini, Tinctura in vaſe vitreo probè clauſo: In colaturæ libris tribus maceretur
Aloes puriſſimæ libra una.
Cui diſſolutæ adde
Maſtiches,
Myrrhæ pulver. ana unciam dimidiam.
Croci drachmas duas.
Balſami Peruviani drachmam dimidiam.

Tandem abſumptâ ſuperfluâ humiditate ſuper cineres calidos redigantur in maſſam Pilularem.

## PILULÆ de ALOE LOTA.

℞ Aloes cum Succo Roſar. rub. ſolutæ & denuo inſpiſſatæ unciam unam.
Agarici Trochiſcat. drachmas tres.
Maſtiches drach. duas.
Syr. è Roſis pallidis q. ſ. fiat Maſſa ſ. a.

## ALOE ROSATA.

℞ Aloes Succotrinæ lucidæ pulv. uncias quatuor.
Succi Roſar. Damaſc. depurati libram unam.
M. digere leni calore, donec ſuperflua humiditas exhalaverit; fiat Maſſa ſ. a.

## PILULÆ de AMMONIAC. MAGISTRAL.

℞ Gum. Ammoniac. aceto ſcillitic.

litic. præpar. uncias duas.
Aloes Succotrin. ſeſquiunciam.
Myrrhæ,
Maſtich.
Benzoin. ana ſemiunciam.
Croci,
Salis Abſinth. ana drachmas duas.
Syr. de Abſinth. q. ſ. M. fiat Maſſa Pilular.

## PILULÆ COCCIÆ Majores.

℞ Spec. Hier. Picræ drachmas decem.
Troch. Alhandal. drachmas tres ſemis.
Diagrydii drachmas duas ſemis.
Turpethi Gummoſi drachmas quinque.
Cum Syrupi de Spin. Cervin. ſ. q. fiat Maſſa ſ. a.

## PILULÆ COCCIÆ Minores.

℞ Aloes lucidæ,
Scammonii puriſſimi,
Pulpæ Colocynthidos ana unciam unam.
Trita excipiantur ſufficiente quantitate Syrupi de Spinâ Cervina: fiat Maſſa ſ. a. Addendo Olei Stillatitii Caryophyllor. drachmas duas.

## PILULÆ de CYNOGLOSSO.

℞ Rad. Cynogloſſi ſiccatarum,
Sem. Hyoſcyami albi,
Opii præpar. ana ſemiunciam.
Maſtich. drachmas ſex.
Olibani drachm. quinque.
Croci,
Caſtorei,
Styracis Calamitæ ana drach. unam ſemis.
Rad. Cynogloſſi, Sem. Hyoſcyami, & Caſtoreum ſimul pulverentur, ſeorſim verò Maſtich. Crocus, & Olibanum; Opium minutim inciſum ſolvatur cum Aq. Roſaceâ: poſtea adjiciantur pulveres, & cum Syrupo de Meconio q. ſ. fiat Maſſa.

## PILULÆ DIAMBRÆ.

℞ Gummi Guaiaci recentis,
Aloes Roſatæ ana drach. tres.
Specierum Hieræ ſimp. ſeſquidrachmam.
Maſtiches drachmam unam.
Specier. Diambræ ſine odoratis ſemidrachmam.
Fiat omnium pulvis ſubtilis qui excipiatur ſ. q. Balſami Peruv. ut fiat Maſſa Pilularis.

## PILULÆ è DUOBUS.

℞ Colocynthidos,
Scammonii ana unciam unam.
Olei Caryophyllorum drachmam dimidiam.
Syr. de Spin. Cervin. q. ſ. fiat Maſſa.

## PIL. ECPHRACTICÆ.

℞ Extract. Gentian.
Rad. Rhabarb.
Gum. Guaiac.

Sal. Martis,
Sal. Abſinth. ana unciam unam.
Pil. Aloephangin. uncias duas.
Syr. de Spinâ Cervinâ q. ſ.
M. fiat Maſſa Pilul.

## PILULÆ FŒTIDÆ.

℞ Aloes,
Troch. Alhandal.
Opopanacis,
Ammoniaci,
Sagapeni,
Myrrhæ,
Sem. Rutæ ana drachmas quinque.
Scammonii,
Aſæ fœtidæ ana drachmas tres.
Rad. Turpethi ſemiunciam.
Eſulæ minoris præparatæ,
Hermodactylorum ana drachmas duas.
Zingiberis drachmam unam ſemis.
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Croci,
Caſtorei ana drachmam unam.
Euphorbii præparati ſcrupulum unum.
Olei Succini rectificati drachmam ſemis.
Gummi in Succo porri ſolvantur, colentur, coquantur. Tum adjice pulveres & probè commiſce, fiatque Maſſa cum Syrup. de Spin. Cervin.

## PIL. GUMMOSÆ.

℞ Gum. Opopanacis unciam unam.
Ammoniac.
Galbani,
Sagapeni ana unciam dimidiam.
Myrrhæ drachmas duas.
Aſæ fœtidæ,
Caſtorei ana drachmas tres.
Ol. Succini ſcrupulum unum.
Mithridatii q. ſ.
M. fiat Maſſa Pilularis.

## PIL. de GUTTA GAMANDRA.

℞ Reſinæ Jalap.
Scammon.
Gutt. Gamand.
Calomel. ana unciam dimidiam.
Gum. Ammoniac. in Succo Iridis noſtr. ſolut. drachmas tres.
Tartari Vitriolati drachmas duas.
Maſtich. drachmam unam.
Croci ſcrupulum unum.
Spirit. Terebinth. Guttas quadraginta. Cum Syr. Spin. Cervin. q. ſ. M. fiat Maſſa.

## PILULÆ MECHOACANÆ.

℞ Rad. Mechoacanæ ſemiunciam.
Turpethi drachmas tres.
Fol. Thymelææ in aceto maceratorum, & ſiccatorum,

Sem.

Sem. Ebuli,
Agarici Trochiſc. ana drach. duas.
Rad. Eſulæ præparatæ,
Maſtiches ana drachm. unam ſemis.
Macis,
Cinnamomi,
Salis Gemmei ana ſcrupulos duos.

Fiat omnium pulvis cum Vino albo ſubigendus in maſſam; quæ ſiccata teratur, & cum Syrupo de Spinâ Cervinâ, fiat Maſſa pro Pilulis.

## PIL. de RHABARBARO.

℞ Rhabarb. unciam unam.
Reſinæ Jalap.
Tartari Vitriolat. ana drachmas duas ſemis.
Ol. Nucis Moſchat. Chym. drach. dimidiam.
Extract. Gentian. liquid. q. ſ.
M. fiat Pilular. Maſſa, ſ. a.

## PILULÆ RUFFI, ſive COMMUNES.

℞ Aloes optimæ uncias duas.
Myrrhæ elect. unciam unam.
Croci unciam dimidiam.
Excipiantur Syrupo de Abſinthio; fiat Maſſa, ſ. a.

## PILULÆ RUDII.

℞ Colocynthidos drachm. ſex.
Agarici,
Scammonii,
Rad. Hellebori nigri,
Turpethi ana unciam dimidiam.
Aloes Socotrinæ unciam unam.
Cinnamomi,
Macis,
Caryophyllorum ana ſcrupulos duos.

Colocynthis à Seminibus purgata minutim incidatur, Agaricus radulâ comminuatur, Helleborus, Turpethum & Aromata craſſiuſculè terantur; affuſoque Spir. Vini opt. quadruplo, blando calore per quatriduum integrum macerentur; tum factâ colaturâ, & expreſſione validâ, ſolvantur in eâdem Scammonium & Aloë priùs ritè mundata. Mox indatur liquor Alembico vitreo ut ſeparatâ (per diſtillationem) humiditate, remaneat materia denſa inſtar Mellis; ex quâ fiat Maſſa.

## PILULÆ STOMACHICÆ cum GUMMI.

℞ Aloes puriſſimæ unciam unam.
Fol. Senæ mundat. drachmas quinque.
Gummi Ammoniaci in aceto Scillitico liquati unciam dimidiam.
Maſtiches,
Myrrhæ ana drachmam unam ſemis.
Croci,
Salis Abſinthii ana drachmam dimidiam: cum Syrupo è Spinâ Cervin. fiat Maſſa ſ. a.

## PIL. de SCAMMONIO.

℞ Rad. Jalap. drachmam unam.
Scammon.
Tartar. Vitriolat. ana ſcrupulum unum.
Ol. Nuc. Moſch. Chym. g^t. vi.
Extract. Gentian. liquid. q. ſ.
M. fiat Maſſa Pilularis.

## PILULÆ è STYRACE.

℞ Styracis Calamitæ,
Olibani,
Myrrhæ,
Succi Glycyrrhizæ inſpiſſati,
Opii ana ſemiunciam.
Croci drachmam unam. Cum Syrupo de Papavere albo, fiat Maſſa ſ. a.

## PILULÆ TARTAREÆ.

℞ Aloes optimæ drachmas tres.
Gum. Ammoniac. (cum Aceto ſcillitico depurat.) ſeſquiunciam.
Tartari Vitriolati drachmam dimidiam. M. fiat Pil.

## LAUDANUM.

℞ Opii Thebaici (cum Spirit. Vini & Aq. Font. ana extract.) unciam unam.
Croci ſimiliter extracti drachmam unam ſemis.
Caſtorei drachmam unam.
Excipiantur Tincturâ ſemiunciæ Spec. Diambræ ſine odoratis in Spir. Vini factâ; mox adde Olei Nucis Moſchatæ guttas decem. Deinde evaporatione factâ ad tepidum Balnei calorem, fiat Maſſa.

# TROCHISCI.

## AGARICUS TROCHISCATUS.

℞ Agarici albi & levis radulâ comminuti & per cribrum trajecti, uncias tres.
Zinziberis drachmas duas.
Mucilag. Gum. Tragacanth. q. ſ. M. fiant Trochiſci.

## TROCHISCI Albi RHASIS.

℞ Ceruſſæ Aquâ Roſar. lotæ drachmas decem.
Sarcocollæ drachmas tres.
Amyli drachmas duas.
Gum. Arabici,
Tragacanth. ana drachmam unam.
Camphoræ drachmam ſemis.
Excipiantur omnia Aquâ Roſ. rubr. Fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI ALEXITERII.

℞ Rad. Zedoariæ,
Serpent. Virg.
Pulv. è Chelis Cancror. ana drach. unam ſemis.
Cort. extern. Citri ſiccat.
Sem. Angelicæ ana drachmam unam.
Boli Armen: drachmam dimidiam.
Sacchari Cryſtallini triplum ad pondus omnium. Fiat Pulv. ſubtiliſſimus cum ſ. q. Mucilaginis Gummi Tragacanthæ in Aq. Theriacâ ſtillatit. extractæ fiat Paſta ex quâ formentur Trochiſci.

## TROCHISCI ALHANDAL.

℞ Pulpæ Colocynthidos albæ à ſeminibus liberatæ & minutim conciſæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Bdellii ana drachmas ſex.
Macerentur Gummi per triduum aut quatriduum in ſ. q. Aquæ Roſaceæ, ut planè liqueſcant: Deinde cum Pulpâ dictâ fiant Trochiſci.

## TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ.

℞ Labdani puriſſimi triti uncias tres.
Styracis Calamitæ colat. unciam unam ſemis.
Benzoini pulv. unciam unam.
Ligni Aloes drachmas duas.
Ambræ Griſeæ drachmam unam.
Moſchi ſcrupulum dimidium.
Labdanum in mortario æneo cum piſtillo ferreo, amygdalâ tritâ inuncto, & utroque calente cum pauxillo Aquæ Roſarum, terendum & agitandum; donec probè ſolutum fuerit: tum adjice Styracem, & Benzoinum; quæ agita conſimili modo. Dein immitte

mitte Lignum Aloes pulveratum, mox Moſchum & Ambram ſimul ſoluta in Aquâ Roſarum, in alio mortario: ex paſtâ, ubi ſemirefrixerit, forma Trochiſcos ſ. a.

## TROCHISCI ALKEKENGI.

℞ Fructuum Alkekengi drachmas tres.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Olibani,
Nucleorum Pini,
Amygdal. dulcium,
Amyli,
Succi Glycyrrhizæ,
Boli Armenæ,
Sem. Papav. albi ana drachmas ſex.
Melonum,
Cucumeris,
Citrulli,
Cucurbitæ ana drachmas tres ſemis.
Apii,
Hyoſcyami albi,
Succini albi,
Terræ Lemniæ,
Opii ana drachmas duas.
Cum Succo recentium fructuum Halicacabi fiant Troch. ſ. a.

## TROCHISCI BECHICI ALBI.

℞ Sacchari puriſſimi libram unam.
Candi albi uncias octo.
Rad. Iridis Florentin. unciam dimidiam.
Glycyrrhizæ drachmas ſex.
Amyli ſeſquiunciam, cum ſ. q. Mucilaginis Gummi Tragacanth. Aquâ Roſarum extractæ fiant, Trochiſci parvi. Pro re natâ poterunt addi Ambra, & Moſchus; nempe illius Gran. quatuor, hujus autem tria.

## TROCHISCI BECHICI NIGRI.

℞ Pulv. Glycyrrhizæ,
Sacchari albiſſimi ana drachmas decem.
Gum. Tragacanthæ,
Amygd. dulc. mundat. ana drach. ſex. Cum ſ. q. Mucilag. Seminis Cydonior. cum Aq. Roſar. extractæ fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI de CARABE.

℞ Carabes unciam unam,
Corn. Cervi uſti,
Gum. Arabici,
Corallii rub.
Tragacanthæ,
Acaciæ,
Hypociſtidos,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ Lotæ,
Sem. Papaveris nigri ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Thuris,
Croci ana drachmas duas.
Opii drachmam unam.

Cum

Cum ſ. q. Mucilaginis Sem. Pſyllii Aquâ Plantag. extractæ fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI CYPHEOS pro MITHRIDATIO.

℞ Pulpæ Uvarum paſſarum pinguium è cortice & acinis probè mundatæ,
Terebinthinæ Cypriæ ana uncias tres.
Myrrhæ,
Schœnanth. ana unciam unam ſemis.
Cinnamomi unciam dimidiam.
Calami Aromatici drachmas tres.
Rad. Cyperi rotundi,
Spicæ Nard. Ind.
Caſiæ Ligneæ,
Baccar. Juniperi,
Bdellii unguinoſi,
Aſpalathi ſive Ligni Aloes ana drachmas duas ſemis.
Croci drachmam unam.
Vini Canarin. momentum.
Mellis optimi deſpumati q. ſ.

Myrrha & Bdellium terantur in Mortario cum Vino ad conſiſtentiam Mellis liquidi; dein addatur Terebinth. poſtea pulpa paſſularum, tum pulveres; omnia denique excipiantur Melle deſpumato optimè cocto, & coquantur in Maſſam, ex quâ fiant Trochiſci.

## TROCHISCI GORDONII.

℞ Sem. quatuor frigid. maj. excorticat.
Papav. Albi,
Malvæ,
Bombacis,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Bac. Myrtillorum,
Gum. Tragacanthæ,
Arabici,
Piſtaciorum,
Nuc. Pini mundat.
Sacch. Candi,
Glycyrrhizæ mundat.
Hordei mundat.
Mucilag. Sem. Pſyllii,
Amygdal. dulc. excorticat. ana drachmas duas.
Boli Armenæ,
Sang. Draconis,
Spodii ex Ebore,
Roſarum rubrar. ana unciam dimidiam. Fiant Trochiſci ſ. a. cum ſ. q. Mucilag. Gum. Tragac.

## TROCHISCI HEDYCHROI GALENI ad THERIACAM.

℞ Ligni Santali Citrini,
Fol. Majoranæ,
Mari,
Rad. Aſari ana drachm. duas.
Phu pontici,
Coſti,
Calami Aromatici,
Ligni Aloes,
Cinnamomi,
Schœnanth.
Opobalſami, aut Olei Nucis Moſchat. per expreſſ. ana drachmas tres.
Caſiæ Ligneæ,

Fol. Malabathri, vel, ejus loco, Macis,
Spicæ Nardi Indicæ,
Myrrhæ,
Croci ana drachmas ſex.
Amomi, aut Cardamomi min. unciam unam ſemis.
Maſtiches drachmam unam.
Vini Canarini q. ſ.

Myrrha diſſolvatur in Vino; mox Crocus & Maſtiche probè trita adjiciantur, deinde Opobalſamum, tum reliqua in pulverem redacta admiſceantur, Vino ſubinde affuſo: fiantque Trochiſci craſſiuſculi leniter ſiccandi.

## TROCHISCI HYSTERICI,

℞ Aſæ fœtidæ,
Galbani ana drachmas duas ſemis.
Myrrhæ drachm. duas.
Caſtorei drachmam unam ſemis.
Rad. Aſari,
Ariſtolochiæ long.
Fol. Sabinæ,
Matricariæ,
Nepetæ ana drachmam unam.
Dictamni drachmam dimidiam.

Gummi in Succo vel decocto Rutæ maceratis, colatis & ad Mellis craſſitiem coctis, adjiciantur reliqua tenuiſſimè pulverata, fiantque Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI de LIGNO ALOES.

℞ Xyloaloes,
Roſarum rubrarum ana drachmas duas.
Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllor.
Spicæ Nardi Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Sem. Paſtinacæ,
Cardamomi majoris,
minoris,
Cubebarum,
Galliæ Moſchatæ,
Cort. Citri,
Macis ana ſeſquidrachmam.

Cum Mellagine Paſſularum fiat Troch.

Adde Ambræ Griſeæ, Moſch. ana ſemiſcrupulum pro re natâ.

## TROCHISCI de MYRRHA.

℞ Myrrhæ drachmas tres.
Fol. Rutæ,
Mentaſtri,
Dictamni Cretici,
Sem. Cymini,
Aſæ Fœtidæ,
Sagapeni,
Caſtorei Ruſſiens,
Opopanacis ana drachmas duas.

Liquatis Gummi in Decocto Artemiſiæ, & deinde adjectis cæteris, cum Succo Artemiſiæ, fiant Troch. ſ. a.

## TROCHISCI ſive SIEF de PLUMBO.

℞ Plumbi Uſti & Loti,
Æris Uſti,
Antimonii,
Tutiæ Lotæ,
Gum. Arabici,
Tragacanthæ ana unciam unam.
Opii drachmam dimidiam.
Tere, Cribra, & cum Aq. Roſar. q. ſ. fiant Troch.

## TROCHISCI de RHABARBARO.

℞ Rhabarbari Electi drachmas decem.
Succi Eupatorii (i. e. Agerati) condenſati ana unciam dimidiam.
Roſar. Rub. drachm. tres.
Rad. Aſari,
Rubiæ Tinctor.
Spicæ Indicæ,
Fol. Abſinthii,
Sem. Aniſi,
Apii ana drachmam unam.
Cum Succo Eupatorii depurato & inſpiſſat. fiat Troch. ſ. a.

## TROCHISCI de SCILLA ad THERIACAM.

Scillam initio Junii collectam (poſtquam Scapus & Folia aruerint) mediæ magnitudinis, plenam, candidam, Cortice exteriore detracto, & parte duriore (cui Radiculæ adhærent) abjectâ, farinâ tritici ſubactâ involves, & in clibano coques, donec farina probè ſiccata ſit; eâque perforatâ ſtylo Ligneo (vel potiùs feſtucâ) experieris, an ſcilla undique tenera ſit. Exemptam in mortario diligenter teres, eique admiſcebis farinæ orobi albi, vel ciceris rubri tenuiſſimè cribrati uncias octo ad ſingulas ſcillæ libras; & formabis in Trochiſcos ponderis drachm. duarum (manibus Oleo Roſaceo inunctis) & ſiccabis in umbrâ.

## TROCHISCI de TERRA LEMNIA.

℞ Terræ Lemniæ ſive Sigillatæ,
Boli Armenæ,
Terræ Japonic.
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Gum. Arabici toſti,
Sang. Draconis,
Amyli toſti,
Roſar. Rubrar.
Anthoræ, vel ejus loco ſeminum Roſarum Rubrar.
Lap. Hæmatitis,
Corallii Rubri,
Succini,
Balauſtiorum,
Spodii ex Ebore,
Sem. Portulacæ parum toſtorum,
Olibani,
Corn. Cervi Uſti,
Nuc. Cupreſſi,
Croci ana drachmas duas.
Sem. Papav. nigri,

Traga-

Tragacanthæ,
Margaritar. ana ſeſquidrachmam.
Opii drachmam unam.
Cum Succo Plantaginis inſpiſſato fiant Trochiſci.

### TROCHISCI ſive SIEF de THURE.

℞ Thuris,
Lapidis Calaminaris,
Pompholygos drachmas decem.
Ceruſſæ uncias quinque.
Gummi Arabici,
Opii ana drachmas ſex.
Cum Aquâ limpidâ, vel mucilagine Fœnugræci fiant paſtilli ſiccandi.

### TROCHISCI de TERRA JAPONICA.

℞ Terræ Japonic. uncias duas.
Sacchar. albi uncias ſedecim.
Mucilagin. Gum. Tragacanth. cum Aquâ Plantaginis extract. q. ſ. M. fiant Trochiſci ſ. a.

### TROCHISCI è VIOLIS SOLUTIVI.

℞ Florum Violarum modicè ſiccat. drachmas ſex.
Turpethi Gummoſi ſeſquiunciam.
Succi Glycyrrhizæ,
Scammonii,
Mannæ ana drachmas duas.
Violis bene contuſis adde Mannam & Succum Glycyrrhizæ, dein Turpethum ſubtiliſſimè pulveratum, & Scammonium. Ex his optimè mixtis fiant Troch. cum momento Syrupi Violarum, ſi opus ſit.

### TROCHISCI de VIPERA ad THERIACAM.

℞ Carnis Viperinæ, detractâ cute, exemptis interaneis & adipe, abjectis capitibus & caudis, uncias octo.
Panis triticei puriſſimi, aut potiùs Biſcocti triti & cribrati uncias duas.
Formentur Trochiſci parvuli inungendo manus Opobalſamo, vel Ol. Nucis Moſchat. per expreſſionem. Siccentur ſuper cribrum inverſum loco libero, ventoque perflabili, ſæpe eos vertendo, donec probè exſiccati fuerint.

OLEA.

# O L E A.

## OLEA SIMPLICIA PER EXPRESSIONEM.

### OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

℞ Amygdalas dulces, recentes ſiccas, quot volueris.

Fracto, & abjecto cortice exteriore lignoſo, & exutâ interiore membranâ, terantur in mortario lapideo, & prelo exprimatur paulatim oleum, ſine vi caloris.

### OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM,

Fit eodem modo, ut Amygdalarum dulcium; niſi quòd hîc demptâ interiore membranâ opus non ſit; nec in exprimendo tantus metus à calore.

Simili modo elicitur Oleum Avellanarum, Oleum Balaninum vel de Been, ex Balano Myrepſicâ: & Oleum Nucis Moſchatæ, ex Nucis cognominis nucleo; utì Oleum Macis, ex ejuſdem Nucis cortice ſecundo reticulari.

### OLEUM CARYINUM,

Paratur ſimiliter, ex nucleis Juglandium.

### OLEUM CHRYSOMELINUM,

Paratur per expreſſionem, ex nucleis Mali Armenii: quo modo etiam fiunt Olea ex nucleis Ceraſorum, Mali Perſici, Pineis, Piſtaciorum, & Prunorum: nec non ex Seminibus Aurantiorum, Cannabis, Carthami, dictum Cnicinum; Citrii, Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, Ebuli, Hyoſcyami, Lactucæ, Lini, Melonum, Papaveris, Petroſelini, Raphani, Rapi, Ricini, dictum Oleum Cicinum, Ricininum & de Kerva; Seſami, dictum Seſaminum;

ſaminum; Sinapi, & ex Uvarum acinis, &c.

## OLEUM LAURINUM.

℞ Baccarum Lauri maturarum, & paucis antè diebus decerptarum, q. v.

Tritæ coquantur in aquæ q. ſ. & torculari exprimantur.

Expreſſas fæces iterum tere, & affusâ aquâ calente, ut priùs, exprime. Demum Oleum aquæ ſupernatans ſepara ſ. a.

## OXYRRHODINUM.

Fit ex quatuor aut quinque partibus Olei Roſacei, & unâ Aceti.

# OLEA SIMPLICIA PER INFUSIONEM VEL DECOCTIONEM.

## OLEUM ROSACEUM.

℞ Roſarum rubrarum immaturarum, exungulatarum, & piſtillo ligneo in Mortario lapideo contuſarum, uncias quatuor.

Olei Olivarum ſæpe loti libram unam. Soli ardenti expone, in vaſe Vitreo arctè clauſo, per integram ſeptimanam & concute quotidie: dein leniter coque in Balneo & exprime; Roſiſque abjectis recentes injice, quibus ſimiliter habitis, fiat idem tertiò, productâ ad quadraginta dies ultimâ inſolatione; quâ peractâ, ſervetur Oleum cum Roſis ſine expreſſione.

Eodem modo fiunt

**OLEUM ABSINTHITES,** ex comarum ter repetitarum Abſinthii vulgaris unciis quatuor, & Olei maturi libris tribus; ſic tamen, ut ultimâ vice addantur unciæ quatuor ſucci Abſinthii, qui lentâ coctione evaporandus eſt.

**OLEUM ANETHINUM,** ex Olei librâ unâ; florum & frondium Anethi unciis quatuor ter renovatis.

**OLEUM de CASTOREO,** ex Caſtorei unciâ unâ, Olei librâ unâ, & Vini generoſi unciis duabus. Caſtoreum pulveratum Vino biduum infundatur: dein addatur Oleum, & coque ad Vini abſumptionem; fiatque Colatura.

**OLEUM CHAMÆMELINUM** ex Oleo & Chamæmeli floribus (demptis albis foliolis) recentibus, conciſis, tuſis, tectóque ſimplici linteo vaſe, inſolatis, & expreſſis; & ter

demum (ut in præcedentibus) redintegratâ operâ.

OLEUM CHEIRINUM, ſive Keirinum, ex floribus Keiri. i.e. Leucoii lutei, & oleo; ut Oleum Anethinum.

OLEUM EUPHORBII, ex Euphorbii drachmis ſex, Olei Cheirini, unciis quinque, & Vini odoriferi, unciis tribus, ſimul coquendis in duplici vaſe, donec Vinum evanuerit.

OLEUM ſive BALSAMUM SIMPLEX HYPERICI, ex Oleo ſui ſeminis, truſatili molâ triti, & prelo expreſſi; additis, & ritè inſolatis, Hyperici floribus.

OLEUM LILIORUM, fit eodem modo, quo Oleum Roſaceum.

OLEUM LUMBRICORUM.

℞ Lumbricorum terreſtrium, libram dimidiam.

Laventur primùm aquâ ſæpius mutatâ, dein Vino albo, in quo etiam macerentur per horam. Tum abjecto Vino, Lumbrici duplici vaſe excipiantur affundendo Olei libras duas,

Vini albi libram dimidiam.

Mox coquantur ad Vini evaporationem. Tandem Oleum per telam cannabinam trajectum uſui reponatur.

OLEUM MAJORANÆ, Fit ex herbæ parùm contuſæ unciis quatuor.

Vini albi generoſi unciis ſex.

Olei librâ unâ.

Simul mixtis, inſolatis, recentique ter immiſſâ & expreſſâ herbâ; & coctione demum in diplomate, abſumpto Vino.

OLEUM NARDINUM, ex Spicæ Nardi unciis tribus, Olei dulcis ſeſquilibrâ, Vini albi odorati & aquæ puræ, ana unciis duabus cum ſemiſſe, coctis in diplomate igne leni, frequenter movendo, ad humoris aquei abſumptionem.

OLEUM NICOTIANÆ, ex ſucci Nicotianæ & Olei communis, ana partibus æqualibus, in Balneo ſ. a. coctis.

OLEUM PAPAVERIS, ex floribus, capitibus, & foliis Papaveris ſativi, & Oleo Olivarum, ut Anethinum.

OLEUM RUTACEUM, ex herbâ contusâ, & Oleo maturo, ut Roſatum.

OLEUM SABINÆ, ſimiliter.

OLEUM SAMBUCINUM, ex floribus & Oleo, ut Roſatum.

# OLEA COMPOSITA PER INFUSIONEM ET DECOCTIONEM.

## OLEUM de CASTOREO Compoſitum.

℞ Caſtorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Opopanacis,
Caſiæ ligneæ,
Croci,
Carpobalſami, ſive Cubebarum,
Spicæ Nardi,
Coſti, ana drachmas tres.
Cyperi,
Scœnanthi,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri, ana drachmas duas & ſemis.
Olei maturi, libras quatuor.
Vini Hiſpanici, libras duas.

Exceptis quinque primis, reliqua omnia, ut decet, præparata, lentè coquantur in Vino & Oleo, dum Vinum evanuerit: ſolutis interim ſeorſim, in parte Vini reſervatâ, Galbano, Opopanace, & tenuiſſimè priùs trito Euphorbio. Poſt colaturam utriuſque, cautè miſceantur; Oleo nimirum expreſſo in tepentia adhuc Gummi paulatim effuſo, & crebrâ rudiculæ agitatione ad ignem immixto. Denique de Styrace & Caſtoreo, finitâ coctione, in fundo vaſis, pulverata recondantur.

## OLEUM COSTINUM.

℞ Rad. Coſti amari uncias duas.
Caſiæ ligneæ unciam unam.
Summitatum Majoranæ uncias octo.

Trita craſſiuſculè macerentur biduum, in Vini albi odorati unciis duodecim. Dein cum Olei Olivarum Vino albo loti libris duabus, coquantur in B. M. ad conſumptionem Vini, ſ. a.

OLEUM de EUPHORBIO.

℞ Staphidis agriæ,
Saponariæ, ana unciam dimidiam.
Pyrethri drachmas ſex.
Calaminthæ montanæ ſiccæ, ſeſquiunciam.
Coſti, drachmas decem.
Caſtorei, drachmas quinque.

Trita, triduoque macerata in Vini odori libris tribus & ſemis, coque cum Olei Leucoii lutei ſeſquilibrâ; additâque, ante abſumptum omnino Vinum, Euphorbii ſemiunciâ, percoque ſecundùm artem.

OLEUM EXCESTRENSE.

℞ Herbarum Abſinthii,
Centaurii minoris,
Eupatorii,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Lauri,
Majoranæ,
Sabinæ,
Salviæ,
Thymi ana uncias quatuor.
Abrotani,
Betonicæ,
Chamæpityos,
Lavendulæ ana uncias ſex.
Roriſmarini libram unam.
Florum Chamæmeli,
Geniſtæ,
Sem. Cymini,
Fœnugræci,
Rad. Hellebori albi,
nigri,
Corticum Limonum uncias quatuor.
Euphorbii,
Sinapeos,
Caſtorei,
Pyrethri, ana unciam unam.
Olei libras ſedecim.
Vini libras tres.

Herbis, Floribus, Seminibus & Euphorbio contuſis; inciſis Radicibus, Corticibus, & Caſtoreo; maceratiſque horas duodecim, affuſo Vino & Oleo, ad Balnei calorem; & coctis demum lento igne ad Vini & humoris abſumptionem; coletur Oleum, & ſervetur.

OLEUM HYPERIGI Compoſitum.

℞ Vini albi odori, libram unam.
Summitatum Hyperici, cum floribus & ſeminibus, uncias quatuor.

Trita macerentur in vaſe vitreo, obturato ejus orificio, totum triduum, in Olei Lini librâ unâ, ad Solem, vel Balnei calorem, & exprimantur. Fiat eodem modo, Vino non addito, Summitatum Hyperici ſecunda Infuſio, & tertia. Tertiam demum, poſt Vinum coctione ferè abſumptum, exprime; additiſque
Terebinthinæ unciis tribus.
Croci drachmâ unâ.
Rurſus parùm coque, & repone.

OLEUM

## OLEUM IRINUM.

℞ Radicum Iridis Florentinæ, libras tres, & uncias quatuor.
Florum Liliorum alborum, abjectis unguibus flavis, uncias quindecim.
Rad. Cyperi recentiorum, uncias ſex.
Helenii uncias tres.
Anchuſæ uncias duas.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Benzoini, ana unciam unam.
Contuſa, ut decet, omnia, in Sole, calidóve loco, macerentur in
Olei veteris libris quindecim.
Aquæ fontanæ, libris quatuor & dimidiâ.
Poſt quartum diem coque in B. M. & abſumptâ aquâ, cùm refrixerint, premendo cola, & repone.

## BALSAMUM LOCATELLI.

℞ Ceræ citrinæ opt. libram unam.
Liqueſcat miti igne in pari quantitate vini Canarini. Dein adde
Olei Olivarum opt.
Terebinthinæ Ven. in Aquâ Roſar. ad albedinem lotæ, ana ſeſquilibram.
Bulliant leni foco ad Vini evaporationem.
Demum ab igne ſemotis, inſperge
Santali rubri ſubtil. pulv. uncias duas.
Continuè agitando donec refrixerint. Fiat Balſamum.

## OLEUM MANDRAGORÆ.

℞ Olei communis libras duas.
Succi Pomorum Mandragoræ, vel, ejus defectu, foliorum uncias quatuor.
Succi Hyoſcyami albi uncias duas.
Succi capitum papaveris nigri uncias tres.
Succi Violarum,
Cicutæ tenerrimæ ana unciam unam.
Opii,
Styracis Calamitæ, ana unciam dimidiam.
Succos, cum Oleo, Soli expoſitos, poſt decimum diem, ſenſim ad Succorum abſumptionem coque, & cola. Dein Opium tenuiſſimè tritum inſperge, Styracémque Terebinthinæ modico ſolutam admiſce ſ. a.

## OLEUM NARDINUM.

℞ Spicæ Nardi, uncias tres.
Majoranæ recent. uncias duas.
Xyloaloes,
Calami aromatici,
Enulæ recentis,
Cyperi,
Fol. Lauri recentium,
Macis,
Schœnanthi,
Cardamomi, ana unciam unam & dimidiam.
Craſſiuſculè terantur omnia; & in aquæ, Viníque generoſi, ana

ana unciis quatuordecim, cum Olei Olivarum libris quatuor & dimidiâ, in ſequentem uſque diem macerentur; dein lentâ, in duplici vaſe, coctura, donec Vinum, & Aqua abſumpta fuerint, perfice Oleum ſ. a.

## BALSAMUM POLYCHRESTUM.

℞ Spiritûs Vini libras duas cum ſemiſſe. Infunde, leni calore, Gum. Guaiaci (agitatione ſubinde factâ) uncias duodecim. Demum adde Balſami Peruani, cochleare unum. M. fiat Balſamum.

## BALSAMUM TEREBINTHINÆ.

℞ Reſinæ optimæ,
Arenæ ana part. æq.
Fiat Pulv. qui diſtilletur in Arenâ lento igne; primò Phlegma, deinde Oleum, auctoque poſtea igne, mutatoque recipiente Balſam. provenit.

## BALSAMUM VIRIDE.

℞ Olei Lini libram ſemis.
Gumm. Elemi uncias duas.
Æruginis Pulv. drachmas duas. M. & coq. leni igne. Fiat Unguentum ſ. a.

## BALSAMUM VIRIDE VULNERARIUM.

℞ Olei Lini libram unam & ſemis.
Terebinthinæ uncias duodecim.
Folior. Ophiogloſſi Menſe Majo collectorum, Manip. ſex.
M. infund. calidè & coquantur ad criſpaturam foliorum; colaturam exprime, dein adde,
Gumm. Elemi uncias quatuor.
Olei Laurini recèns extracti uncias duas.
Terebinthinæ optimæ unciam unam.
Flor. Viridis Æris drachmas duas.
Liquefiant omnia leni igne, continuè agitando, quo meliùs commiſceantur. Cola iterum, & fiat Balſamum.

## BALSAMUM VIRIDE DETERSIVUM.

℞ Olei Lini,
Terebinthin. ana libram unam.
Gumm. Elemi,
Olei Laurin.
Terebinthinæ optimæ ana uncias quatuor.
Æruginis Pulv. unciam unam.
Miſce & liquefiant omnia leni igne, continuè agitando. Fiat Balſamum ſ. a.

# UNGUENTA SIMPLICIORA.

## UNGUENTUM ALBUM.

℞ Olei Roſacei uncias novem.
Ceruſſæ Aquâ Roſarum lotæ & diligenter tritæ, uncias tres.
Ceræ albæ uncias duas.
Poſt liquefactam in Oleo Ceram, tempeſtivè injice Ceruſſam, poſt crebram in Aquâ fontanâ, ac demum Roſaceâ, lotionem, exſiccatam, & per ſetaceum trajectam, ut fiat Unguentum ſecundùm artem.
Adde Camphoræ, Olei Amygdalini dulcis aliquot guttis tritæ, drachmas duas; fiatque illud, quod dicitur Camphoratum.

## UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞ Æruginis, ſive viridis æris minutiſſimè triti, partes quinque.
Mellis partes quatuordecim.
Aceti acerrimi, partes ſeptem.
Coquantur omnia ſimul leni igne in juſtam ſpiſſitudinem, & colorem ſubrubrum.
Flos Unguenti Ægyptiaci Mel Ægyptiacum vocatur.

## UNGUENTUM ÆGYPTIACUM Magìs Compoſitum.

℞ Viridis Æris uncias quatuor.
Aceti acerrimi uncias ſex.
Mellis libram unam.
Omnia ſimul lento igne coquantur ad colorem fuſcum, addendo ſub finem Aluminis Rupei, Sal. Ammoniaci, ana unciam ſemis. Fiat Unguentum. ſ. a.

## UNGUENTUM ex APIO.

℞ Succi Apii libram unam.
Mellis uncias novem.
Farinæ Tritici uncias tres.
Excoctis ad juſtam ſpiſſitudinem, fiat Unguentum ſecundum artem.

## UNGUENTUM è GUMMI ELEMI ſive LINIMENTUM ARCÆI.

℞ Gummi Elemi,

Terebinthinæ Abietinæ, ana ſeſquiunciam.
Sevi Vervecini veteris & depurati uncias duas.
Pinguedinis Porcinæ veteris & depuratæ unciam unam.
Miſce, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM AUREUM.

℞ Ceræ Citrinæ libram dimidiam.
Olei communis libras duas.
Terebinthinæ uncias duas.
Reſinæ pineæ,
Colophoniæ ana ſeſquiunciam.
Thuris,
Maſtiches, ana unciam unam.
Croci drachmam unam.

Liqueſcat primùm in Oleo Cera; mox, additâ Terebinthinâ, ſimul bulliant. Deferveſcentibus, cætera omnia (quorum Crocus ſit ultimus) tenuiſſimè pulverata inſperge, & rudiculâ diligenter miſce, ut fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM BASILICON MINUS, SEU TETRAPHARMACUM.

℞ Ceræ flavæ,
Reſinæ pinguis,
Picis Græcæ, ana libram dimidiam.
Olei uncias novem.

Liquata commiſceantur, & fiat ſ. a. Unguentum.

## UNGUENTUM BASILICON FLAVUM.

℞ Ceræ Citrinæ,
Reſinæ Pini, ana libras tres.
Terebinthinæ Argentoratenſis uncias duodecim.
Olei Lini libras tres & uncias ſex.

Lento igne liquefiant; dein adde Picis Burgundicæ libras tres, & omnia ſimul coquantur. Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM CŒRULEUM.

℞ Argenti vivi libram unam.
Terebinthinæ Venetæ unciam unam.

Miſce in Mortario donec Globuli Mercuriales diſpareant: deinde adde Axungiæ Porcinæ tepefactæ libras quatuor. Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM de CALCE.

℞ Calcis ſepties minimùm ablutæ libram dimidiam.
Ceræ uncias tres.
Olei Roſati libram.

Agitentur omnia diligenter in mortario plumbeo, Cerâ priùs ad lentum ignem, in quantitate ſufficienti Olei præſcripti, mollitâ.

## UNGUENTUM DIALTHÆÆ.

℞ Rad. Althææ recentium & contuſarum libras duas.
Sem. Lini,
Fœnugræci, ana libram unam.

Macerentur triduum in aquæ libris octo. Dein leviter coquantur, & exprimatur Mucilago; cujus
℞ libras duas,
Olei de Pedibus Bovinis libras quatuor.

Bulliant ſimul donec aquoſa pars Mucilaginis ſit abſumpta; tum adde
Ceræ libram unam.
Reſinæ libram dimidiam.
Terebinthinæ uncias duas.

Percoquantur in Unguenti conſiſtentiam.

## UNGUENTUM DIAPOMPHOLYGOS.

℞ Olei Roſacei uncias duodecim.
Succi Baccarum Solani hortenſis uncias ſex.
Ceræ albæ,
Ceruſſæ lotæ, ana uncias quatuor.
Plumbi, in aceto acerrimo triduum macerati, dein exſiccati & triti,
Pompholygos præparatæ, ana uncias duas.
Thuris purioris, unciam unam.

Coquantur leniter Oleum & Succus, ad hujus deperditionem: tum Cera in eodem Oleo liquetur: mox addantur pulveres tenuiſſimi, & jugi agitatione rudiculâ ligneâ ſubigantur, donec mixtura refrixerit, hoc modo abitura in Unguentum.

## UNGUENTUM ENULATUM.

℞ Radicum Enulæ in aceto coctarum, contuſarum & per cribrum trajectarum, libram unam.
Terebinthinæ, eodem decocto lotæ, uncias duas.
Ceræ citrinæ unciam unam.
Axungiæ porcinæ veteris ſalitæ,
Olei veteris, ana uncias quatuor.
Salis communis unciam dimidiam.

Axungiæ, Ceræ, & Oleo liquefactis adde Terebinthinam, Pulpam Enulæ, Salemque minutiſſimè pulveratum, & fac Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM ENULATUM cum MERCURIO.

Fit ex priori Unguento, immixtis unciis duabus Hydrargyri, cum Terebinthinâ extinctì.

UNGUEN-

UNGUENTUM LILIORUM.

℞ Olei Liliorum alborum uncias ſex.
Anethini,
Chamæmelini, ana uncias duas.
Amygdalarum dulcium unciam unam.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias duas.
Ceræ Citrinæ uncias tres.
Miſce ſ. a.

UNGUENTUM de MINIO CAMPHORATUM.

℞ Olei Roſacei libram unam & dimidiam.
Minii uncias tres.
Lithargyri uncias duas.
Ceruſſæ ſeſquiunciam.
Tutiæ drachmas tres.
Camphoræ drachmas duas.
Ceræ ſeſquiunciam.
Pilâ & Piſtillo plumbeis fiat unguentum; Cerâ priùs liquatâ ad lentum ignem, adjectis mox reliquis tenuiſſimè tritis.

UNGUENTUM è NICOTIANA, ſeu PETO.

℞ Succi Peti depurati,
Axungiæ Suillæ recentis diligenter lotæ, ana libram unam.
Coq. ad Succi conſumptionem; adde
Terebinthinæ Venetæ uncias quatuor.
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ pulv. uncias duas. Fiat Unguentum ſ. a.

UNGUENTUM NUTRITUM.

℞ Lithargyri Auri tenuiſſimè lævigati libram dimidiam.
Aceti Vini uncias quinque.
Olei roſati libram unam.
Nutriatur in Mortario Lithargyrus, viciſſim affuſo modò Oleo, modò Aceto, donec continuâ agitatione Acetum ampliùs non compareat, & unguentum evadat albidum.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM.

℞ Lap. Tutiæ,
Calaminaris, ana drachmas ſex.
Plumbi uſti,
Camphoræ, ana drachmas duas.
Gumm. Myrrhæ,
Sarcocollæ,
Aloes,
Vitrioli albi, ana drachmam unam.
M. fiat Pulvis ſubtiliſſimus. Deinde
℞ Butyri recentis uncias duodecim.
Ceræ albæ uncias duas.
Liquefactis adde ſenſim Pulver. prædict. & agitetur mixtura donec frigeſcat. Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM ex OXYLAPATHO.

℞ Pulpæ Radicis Oxylapathi in Aquâ coctæ & per ſetaceum trajectæ,
Sulphuris vivi, ana ſeſquiunciam.
Axungiæ Suillæ, in Succo Scabioſæ ad Succi conſumptionem coctæ, libram dimidiam.
Unguenti Populnei in Succo Enulæ cocti ſemiunciam.
Olei Ligni Rhodii guttas aliquot. Omnibus in Mortario ſubactis, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM è PLUMBO.

℞ Olei Roſacei uncias ſex.
Plumbi uſti,
Lithargyri, ana drachmas decem.
Terebinthinæ unciam unam.
Ceruſſæ,
Antimonii, ana ſemiunciam.
Ceræ albæ uncias duas.
Fiat Unguentum ſ. a. in mortario plumbeo optimè agitando.

## UNGUENTUM POMATUM.

℞ Axungiæ Porcinæ recentis libras tres.
Sevi Ovilli recentis uncias novem.
Pomorum (vulgò **Pome-waters**) excorticatorum & conciſorum libram unam & uncias novem.
Aquæ Roſarum odoratiſſimæ uncias ſex.
Radicis Ireos Florentinæ craſſiuſculè pulveratæ, drachmas ſex.
Bulliant ſimul in B. M. donec Poma liqueſcant. Dein cola ſine expreſſione, & ſervetur uſui.
Interim calefiat denuo parùm, & novâ Aquâ Roſaceâ lavetur.

## UNGUENTUM è RESINA.

℞ Reſinæ Pini puriſſ.
Terebinthinæ,
Ceræ Citrinæ lotæ,
Olei puri, ana part. æq.
Cera & Reſina in Oleo liqueſcant; dein additâ Terebinthinâ, omnia percolentur, & ad ignem lenem bulliant, ut artis eſt.

## UNGUENTUM ROSATUM.

℞ Axungiæ Porcinæ recentis, à membranis liberatæ & optimè lotæ, libram unam: additâque
Roſarum rubrarum recentium librâ unâ,
Marceſcant ſeptiduum; dein coquantur leni igne, & colentur: rurſus cum pari admiſtione Roſarum recentium contuſ. totidem dies macerentur: tum coquantur, & colentur ut priùs. Tandem affunde Succi Roſarum rubrarum uncias ſex, Olei Amyg. dulc. uncias duas. Coque miti igne ad Succi abſumptionem:

nem: coletur; fiatque Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM RUBRUM DESICCATIVUM.

℞ Olei commun. libras duas.
Ceræ flavæ uncias duodecim.
Boli Armenæ,
Capitis Mortui Vitrioli, ana uncias ſex.
Lapidis Calaminaris lævigati uncias quatuor.
Lithargyri Auri,
Ceruſſæ, ana uncias ſex cum ſemiſſe.
Camphoræ unciam ſemis.
Coq. lento igne ad conſiſtentiam Unguenti.

## UNGUENTUM SAMBUCINUM.

℞ Foliorum Sambuci Menſe Maio collectorum Manip. decem.
Ramuſculorum ad radicem arboris creſcentium libras duas.
Corticis interioris ejuſdem libram unam.

Omnia conciſa coquantur in Butyri recentis libris duodecim, lento igne, continuè agitando; fiat expreſſio fortis & colatura. Cui additis, eâdem quantitate, recentibus Foliis, Ramuſculis & Cortice, repetatur idem Proceſſus; factâque leviori expreſſione, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM TUTIÆ.

℞ Tutiæ præparatæ uncias duas.
Lapidis Calaminaris, bis terve uſti & extincti in Aquâ Plantaginis, unciam unam.
Pulverentur tenuiſſimè, & cum unguenti Roſacei ſeſquilibrâ, Fiat Unguentum ſ. a.

## VALENTIA SCABIOSÆ.

(Celebre inter noſtrates Chirurgos, ante trecentos ferè annos, Unguentum; utì etiam

TAPSIVALENTIA, & TAPSIMEL, quæ proximè ſequuntur.)

℞ Succi virentis Scabioſæ, prelo expreſſi, & per pannum colati,
Axungiæ Porcinæ mundatæ, ana q. v.

Contundatur Axungia in pilâ lapideâ, paulatimque interea affundatur ſuccus, commodioris miſturæ & tincturæ causâ. Mox ſimul in vas idoneum, Soli obvertendum, conjicito; &, ut ſuccus Axungiam ſupereminеat, curato. Exactis, in hunc modum, novem diebus, ad pilam & piſtillum, ut antè, revoca; ejiciaturque, quam contundendo non diſterendo expreſſiſti, tenuis & decolor humiditas; rurſumque, per quinque dies, in ſuo vaſe, recondatur Axungia. Quibus elapſis, contunde de novo, ſenſimque admiſce recentem

centem Scabioſæ ſuccum; iterumque, poſt quindecim dierum, in Sole & ſuo vaſe, moram, ab aquoſâ humiditate, ut priùs, liberetur. Tandem cum recenti ſucco, in alios quindecim dies, reponatur; &, quintâ demum vice, diligenter contuſa, in vaſe vitreo vel invitreato, ſervetur uſui.

## TAPSIVALENTIA.

℞ Succi Tapſi Barbati,
Axungiæ Porcinæ, ana q. v.

Mundetur Axungia, fruſtatimque concidatur; &, cum ſucco expreſſo & colato, ſedulò contundatur, ut in proximè præcedenti unguento dictum eſt. Hinc ſervetur, in vaſe idoneo, in nonum decimumve diem. Dein bis porrò, ſemel cum recenti ſucco, donec penitùs vireſcat; atque iterum ſine ſucco (adeoque effuſo, quicquid innatat prioris) ſtrenuè contuſa, in uſum (ut decet) recondatur.

Eodem modo fit Unguentum è Stramonio.

## TAPSIMEL.

℞ Succi Chelidoniæ,
Tapſi Barbati, ana partem unam.
Mellis deſpumati partes duas.

Coque ſenſim, donec ſucci evanuerint; additiſque (præcipiente Artifice) Vitriolo & Alumine combuſtis, & Atramento, rurſum coque, ut fiat Unguentum ſ. a.

# UNGUENTA MAGIS COMPOSITA.

## UNGUENTUM ADSTRINGENS.

℞ Olei Roſati, in aquâ aluminoſâ ſæpe loti, ſeſquilibram.
Ceræ albæ uncias quatuor.
Gallarum immaturarum,
Nucum Cupreſſi,
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Malicorii,
Cort. Glandium,
Acaciæ,
Sumach,
Maſtiches, ana unciam unam.
Omnia optimè trita macerentur in ſuccis Meſpilorum & Sorborum per quatriduum; dein ſiccentur igne miti; ſicque cum Oleo & Cerâ, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM AMARUM.

℞ Olei Rutæ,
Sabinæ,
Menthæ, ana uncias duas & dimidiam.
Succi Abſinthii unciam unam.
Pulveris Rutæ,
Gentianæ,
Centaurii minoris,
Myrrh. ana drachmam unam.
Pulpæ Colocynthidos drachmas duas.
Aloes Succotrin. drachmas tres.
Farinæ Lupinorum unciam dimidiam.
Fellis Taurini ſeſquiunciam.
Cum Succi Abſinth. q. ſ. & Ceræ unciâ unâ & dimidiâ, Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENT. DETERGENS.

℞ Reſin. Flavæ,
Axung. Ovin.
Porcin. ana libram unam.
Ceræ Flavæ,
Oliban. pulv. ana libram unam & dimidiam.
Gum. Euphorb.
Ærug. pulv. ana uncias duas.
Terebinth. Argentoratenſ. uncias tres.
Axungiis Reſin. & Cerâ, liquat.

quat. & colat. ex Setaceo inſpergat. Pulv. Olibani, Euphorb. & Ærugin. deinde adde Terebinth. Mixtura ab igne moveatur, & agitando frigeſcat.

## UNGUENTUM DIGITALIS.

℞ Digital. cum toto q. ſ. coq. in Butyri rec. q. ſ. exprime colaturam, cui de novo adde Digitalem, ut ante; exprime denuo ad tertiam vicem. Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM FUSCUM.

℞ Colcothar. & Phlegm. Vitrioli, ana unciam unam.
Aceti unciam unam & dimidiam.
Flor. Virid. æris drachmas quinque.
Mell. deſpumat. uncias tres.
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM LINARIÆ.

℞ Herb. Linariæ cum Flor. q. v. Contuſa decoquatur cum adipe Porcino, quouſq; adeps valde vireſcat, fiatque Unguentum.

## UNGUENTUM MARTIATUM.

℞ Foliorum Lauri recentium libras tres.
Rutæ hortenſis libras duas & dimidiam.
Majoranæ libras duas.
Menthæ libram unam.
Salviæ,
Abſinthii,
Balſamitæ,
Ocimi, ana libram dimidiam.
Olei Olivarum libras viginti.
Ceræ citrinæ libras quatuor.
Vini Malvatici libras duas.
Ex tuſis, maceratis, coctis, & expreſſis, ut decet; fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM MASTICHINUM.

℞ Olei Maſtichini,
Abſinthii,
Nardini, ana uncias duas.
Pulv. Maſtiches,
Menthæ,
Roſarum rubrarum,
Corallii rubri,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Schœnanthi, ana drachmam unam.
Ceræ q. ſ.
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM de MUCILAGINIBUS.

℞ Olei Liliorum alborum,
Irini,
Violarum,
Chamæmeli, ana uncias ſex.
Mucilag. Sem. Lini,
Cydoniorum,
Fœnugræci,

Rad. Althææ, ana uncias quatuor.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias quinque.
Ceræ albæ libram.
M. Fiat lege artis Unguentum.

## MUNDIFICATIVUM ex APIO.

℞ Succi Apii libram unam.
Mellis uncias novem.
Farinæ triticeæ uncias tres.
Coquantur donec ſpiſſeſcant.
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM NERVINUM.

℞ Foliorum Paralyſeos cum floribus,
Salviæ,
Chamæpityos,
Roriſmarini,
Lavendulæ,
Lauri cum Baccis,
Chamæmeli,
Rutæ,
Apii,
Meliloti cum flore,
Abſinthii, ana manipulum unum.
Menthæ,
Betonicæ,
Pulegii,
Petroſelini,
Centaurii minoris,
Hyperici, ana manipulum dimidium.
Olei ex pedibus Ovinis, vel Bovinis, libras quinque.
Sevi Ovini, vel Bovini, vel alterutrius Medullæ, libras duas.
Olei de Spicâ unciam dimidiam.
Contuſis coctiſque herbis cum Oleis & Sevis, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM EMOLLIENS.

℞ Butyri recentis, Aquâ Roſarum loti, uncias ſex.
Olei Amygdalarum dulcium uncias quatuor.
Chamæmelini,
Violarum, ana uncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anatis, ana uncias duas.
Radicum Ireos drachmas duas.
Croci drachmam dimidiam.
Ceræ albæ uncias tres.
Tenuiſſimè pulveratis Iride & croco, liquatiſque reliquis, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM POPULNEUM.

℞ Gemmarum Populi nigræ recentium ſeſquilibram.
Foliorum Violarum,
Umbilici Veneris muralis, ana uncias tres.
Axungiæ Porcinæ recentis & inſulſæ, à membranulis liberatæ, & lotæ, libras quatuor.
Contuſis, miſtis, ſimulque mace-

maceratis, adde

Cymarum Rubi tenerrimarum,

Foliorum Papaveris nigri,
Mandragoræ,
Hyoſcyami,
Solani,
Lactucæ,
Sempervivi majoris,
Bardanæ majoris, ana uncias tres.

Contuſa denuo ſimulque permiſta omnia, & affusâ, poſt decimum diem,

Aquæ Roſarum librâ unâ,

Coque leni foco ſpathulâ continuè agitando, donec omnis ſuperflua humiditas abſumatur: tunc colentur, & torculari exprimantur, ut fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM SPLANCHNICUM.

℞ Corticis Rad. Capparum drachmas ſex.

Rad. Bryoniæ,
Ireos Florentinæ,
Farinæ Sem. Fœniculi dulcis,
Ammoniaci aceto ſoluti, ana ſemiunciam.
Comarum Abſinthii,
Florum Chamæmeli, ana drachmam unam.
Unguenti Laurini unciam unam & dimidiam.
Olei Irini,
Capparum, ana uncias duas cum ſemiſſe.

Pulverentur pulveranda, & cribrentur; cæteriſque in mortario calido diligenter admixtis, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM SUMACH.

℞ Sumach,
Gallarum immaturarum,
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Malicorii,
Corticum Glandium,
Nucum Cupreſſi,
Acaciæ veræ vel Germanicæ,
Maſtiches, ana drachmas decem.
Ceræ albæ uncias quinque.
Olei roſati, in Aquâ aluminosâ ſæpius loti libram unam, & uncias decem.

Pulverandorum fiat pulvis tenuiſſimus, quatuorque dies integros maceretur in ſucci Meſpilorum & Sorborum immaturorum ana q. ſ. Dein ſiccetur ad ignem minùs acrem, & cum Oleo & Cerâ præſcriptis coque in Unguentum.

CERATA.

# CERATA.

## CERATUM ALBUM.

℞ Ceræ albiſſimæ uncias quatuor.
Ol. Amygd. dulc. uncias quinque.
Sperm. Ceti puriſſimi unciam unam.
Ceruſſæ in Aq. Roſarum lot. unciam unam & dimidiam.
Camphoræ unciam dimidiam.
M. fiat Ceratum ſ. a.

## CERATUM CITRINUM.

℞ Reſinæ Flavæ libram dimidiam.
Sevi Ovini uncias quatuor.
Terebinth. opt. uncias duas.
Ad ignem lenem liquefiant.
Deinde coq. parum. Col. fiat Ceratum.

# EMPLASTRA.

## EMPLASTRUM ADHÆSIVUM.

℞ Empl. Diachyli ſimpl.
Diachalciteos, ana libram unam.
Picis Burgund. uncias ſex.
Terebinth. unciam unam.
Gum. Sarcocollæ uncias quatuor. M. fiat Empl. ſ. a.

## EMPLASTRUM ex AMMONIACO.

℞ Gummi Ammoniaci colati uncias ſex.
Ceræ Citrin.
Reſinæ flavæ, ana uncias quinque.
Empl. Melilot. ſimpl.
Unguent. Dialth.
Ol. Laurin.
Irin.
Terebinth. Venet. ana unciam unam & dimidiam.
Pingued. Anſerin. unciam unam.
Sal. Ammoniac.
Rad. Bryoniæ,
Ireos, ana unciam dimidiam.
Gum. Galban.
Bdellii, ana drachmas duas.
Bulliant; & fiat ſ. a. Empl.

## EMPLASTRUM è BACCIS LAURI.

℞ Baccarum Lauri excorticatarum uncias duas.
Thuris,
Maſtiches,
Myrrhæ, ana unciam dimidiam.
Cyperi,
Coſti,
Ceræ citrinæ,
Terebinthinæ,
Olei Laurini, ana unciam unam.
Mellis non deſpumati, & leviter tantùm calefacti, uncias quatuor.

Pulverentur ſimul ſubtiliſſimè Cyperus, Coſtus, & Baccæ Lauri, & cum Melle calefacto excipiantur. Thus, Maſtiche, & Myrrha ſeorſim terantur, Mellique adjungantur. Tum addantur Oleum Laurinum, Terebinthina, & Cera ſimul liquata; fiatque Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM de BETONICA.

℞ Betonicæ viridis,
Pimpinellæ,
Agrimoniæ,

Salviæ,
Pulegii,
Millefolii,
Centaurii min.
Gallitrici, ana uncias ſex.
Thuris,
Maſtiches, ana drachmas tres.
Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana drachmas ſex.
Ceræ albæ,
Terebinthinæ, ana uncias octo.
Reſinæ Pini, uncias ſex.
Gum. Elemi,
Olei Abietini, ana uncias duas.
Vini albi libras tres.

Herbæ in mortario probè contuſæ hebdomadem integram in vino albo macerentur, agitentur, & coquantur. Vino expreſſo, colato, & lento igne cocto ad tertiæ partis abſumptionem, adjiciatur Oleum Abietinum: dein Cera liquata; mox Reſinæ & Gummi; poſtea Terebinthina. His paulùm coctis, ab igne ſemotis, & ſenſim refrigeratis, addantur pulveres Ireos & Ariſtolochiæ, agitenturque aſſiduè, ut fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM CÆSARIS.

℞ Roſarum rubrarum unciam unam ſemis.
Radic. Biſtortæ,
Nucum Cupreſſi,
Santalorum omnium,
Menthæ,
Sem. Coriandri, ana drachmas tres.
Maſtiches ſemiunciam.
Hypociſtidos,
Acaciæ,
Sang. Draconis,
Terræ ſigillatæ,
Boli veræ,
Corallii rubri, ana drachmas duas.
Terebinth. Aq. Plantaginis lotæ uncias quatuor.
Olei Roſacei uncias tres.
Ceræ albæ uncias duodecim.
Reſinæ Pini uncias decem.
Picis uncias ſex.
Succorum Plantaginis,
Sempervivi,
Telephii, ana unciam unam.

Ceræ, Reſinæ, Pici ſimul liquatis, adde Terebinthinam, & Oleum, deinde Hypociſt. & Acaciam in dictis ſuccis diſſolutas, & tandem Pulveres, ut fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM CEPHALICUM.

℞ Reſinæ claræ uncias duas.
Picis nigræ unciam unam.
Labdani,
Terebinthinæ,
Farinæ Fabarum,
Orobi,
Stercoris Columbini, ana unciam dimidiam.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana drachmam unam ſemis.
Gum. Juniperi,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas duas.

Diſſolva-

Diſſolvatur Myrrha cum Labdano in mortario calido; reliquiſque admiſtis, fiat Emplaſtrum ſ. a.

Si vis fortius, adde
Pulver. Euphorbii,
Pyrethri,
Piperis nigri, ana ſcrupulos duos.

## EMPLASTRUM è CICUTA cum AMMONIACO.

℞ Succi foliorum Cicutæ uncias quatuor.
Aceti Scillit.
Gum. Ammoniaci, ana uncias octo.

Diſſolvatur Gummi in Succo, & Aceto, poſt debitam infuſionem; dein colentur, & reducantur in conſiſtentiam Emplaſtri ſ. a.

## EMPLASTRUM è CYMINO.

℞ Sem. Cymin.
Baccarum Lauri, ana libram dimidiam.

Chamæpityos manipulos quatuor. Coq. in Aq. Fontan. libris duodecim. Fiat Colatura; in quâ coq. Picis Burgund. libras ſex, ad conſiſtentiam Empl. duriorem: ſtent ſimul donec tantùm non frigeſcant. Tum expreſſum rejice decoctum. Deinde liquefiat Pix, cui gradatim adde

Bacc. Lauri Pulv.
Sem. Cymini, ana libram dimidiam.

Spathulâ continuè agitando, donec Empl. conſiſtentiam acquirant.

## EMPLASTRUM DIACHALCITEOS.

℞ Axungiæ Porcinæ veteris inſulſæ, & à membranis purgatæ libras duas.
Olei Olivar. veteris,
Lithargyri Auri, triti, & cribrati, ana libras tres.
Vitrioli albi uſti, & pulverati uncias quatuor.

Lithargyrum, Axungia, & Oleum ſimul coquantur lento igne (cum momento aquæ Plantaginis) Spathulâ ſemper agitando ad conſiſtentiam Emplaſtri; cui ab igne remoto injiciatur Vitriolum, & fiat Maſſa ſ. a.

## DIACHYLON SIMPLEX.

℞ Mucilag. Sem. Fœnugræci,
Lini,
Rad. Althææ, ana libram unam.
Olei veteris clari libras tres.
Lithargyri auri ſeſquilibram.

Ut habeas dictam Mucilag. quantitatem, accipe

Sem. Fœnugræci,
Lini,
Rad. Althææ, ana uncias tres.
Aquæ communis libras ſex.

Lithargyrus autem tenuiſſimè teratur, & cum Oleo diu ſubigatur: poſt igne lento coquatur, ſpathâ ſemper agitando, donec craſſeſcat, & Mellis conſiſtentiam,

tiam acquirat. Tum ab igne depoſita paulatim frigeſcat: demum Mucilagines additæ permiſceantur, & decoquantur leni calore, ad aquoſioris partis exhalationem. Fiatque Emplaſtrum ſ. a.

## DIACHYLON MAGNUM.

℞ Mucilag. Uvarum paſſarum,
Caricarum pinguium,
Radic. Althææ,
Sem. Lini,
Fœnugræci,
Viſci Aucupum,
Succi Ireos,
Scillæ,
Œſypi, vel Olei ex pedibus ovillis, ana unciam unam ſemis.
Olei Irini,
Chamæmelini,
Anethini, ana uncias octo.
Lithargyri Auri tenuiſſimè pulverati libram unam.
Terebinthinæ uncias tres.
Reſinæ Pini,
Ceræ flavæ, ana uncias duas.

Lithargyrus ſubtiliſſimè tritus, & cum Oleo diu agitatus ac nutritus, coquatur leni foco, aſſiduè movendo, donec craſſeſcat. Tum, ablato ab igne lebete, ubi aliquantùm refrixerit, addantur mucilagines, cum Oleis priùs coctæ ac colatæ, & lentè coquantur ad humiditatis ſuperfluæ evaporationem. Poſt adjiciantur Viſcum & Œſypus cum ſuccis Ireos, & Scillæ diſſolut. coquanturque ad ſuccorum abſumptionem: His omnibus adhuc ferventibus Cera liquanda & Reſina. Mox igni ſubtractis Terebinthina commiſcenda, aſſiduè movendo, ut tota mixtura idoneam obtineat Emplaſtri conſiſtentiam.

## DIACHYLON MAGNUM cum GUMMI.

℞ Galbani colat. uncias tres.
Bdellii,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana uncias duas.

Diachyli magni Maſſæ addantur vino priùs ſoluta, colata, & ad Mellis craſſitiem cocta; ſic fiat Diachylon cum Gummi.

## DIACHYLON COMPOSITUM, ſive EMPLASTRUM è MUCILAGINIBUS.

℞ Mucilag. Cort. mediani Ulmi,
Rad. Althææ,
Sem. Lini,
Fœnugræci, ana uncias quatuor ſemis.
Olei Chamæmelini,
Liliorum,
Anethini, ana ſeſquiunciam.
Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni,
Opopanacis, ana ſemiunciam.
Ceræ citrinæ uncias viginti.
Terebinthinæ uncias duas.
Croci drachmas duas.

Mucilagines, aquâ extractæ, cum

cum Oleis leni igne coquantur, ad aqueæ humiditatis abſumptionem. His Cera, fruſtulatim ſecta, liquetur, & ſpathâ agitetur. Ab igne ſemotis, ubi intepuerint, adjiciantur paulatim Gummi, in Terebinthinâ ſoluta, rudiculâ accuratè verſando: tandem Crocus ſubtiliter tritus commiſceatur; ut Emplaſtri Maſſa idonea conficiatur.

## EMPLASTRUM DIASULPHURIS.

℞ Florum Sulphuris,
Terebinthinæ Venetæ, ana unciam dimidiam.

Liquentur ſimul ſuper igne mediocri, continuò agitando, donec perfecta ſuccedat ſolutio, tolle ab igne & adde Terebinthinæ unciam unam. Agita, donec refrixerint.

℞ Iſtius mixturæ unciam unam.
Ceræ drachmas duas.

Liquentur ſimul, tolle ab igne, & adde
Myrrhæ ſubtiliſſimè pulveratæ unciam unam.
Camphoræ drachmam unam.

Commiſceantur exactè, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPL. EPISPASTICUM. Primum.

℞ Empl. de Melilot. ſimpl. libram unam & dimidiam.
Cantharid. opt. pulv. uncias duodecim.
Sem. Ammeos, unciam unam & dimidiam.
Aceti libram dimidiam. Fiat ſ. a. Empl.

## EMPL. EPISPASTICUM. Secundum.

℞ Pic. Burgund. uncias duodecim.
Terebinth. Venet. uncias quatuor.
Cantharid. pulv. uncias ſex.
M. fiat Empl. ſ. a.

## PASTA EPISPASTICA.

℞ Cantharid. pulv.
Farin. tritic. ana. q. v.
Acet. acerrim. q. ſ. M. fiat Paſta.

## EMPLASTRUM à NOSTRATIBUS, FLOS UNGUENTORUM, DICTUM.

℞ Reſinæ,
Reſinæ Pini,
Ceræ Citrinæ,
Sevi Ovilli, ana libram ſemis.
Olibani uncias quatuor.
Terebinthinæ uncias duas ſemis.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana unciam unam.
Camphoræ drachmas duas.
Vini albi libram ſemis.
Coque in Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM de GUMMI ELEMI.

℞ Gum. Elemi uncias quatuor.
Reſinæ Pini,

Ceræ puræ,
Gum. Ammoniaci, ana uncias duas.
Terebinth. uncias tres & dimidiam.
Vini Malvatici q. ſ.
Coquantur ad abſumptionem Vini, tum Ammoniacum Aceto ſolutum adjiciatur.

## EMPLASTRUM GRISEUM de LAPIDE CALAMINARI.

℞ Lap. Calaminaris præparati unciam unam.
Lithargyri uncias duas.
Ceruſſæ unciam dimidiam.
Tutiæ drachmam unam.
Terebinthinæ drachmas ſex.
Ceræ albæ unciam unam ſemis.
Sevi Cervini uncias duas.
Thuris electi drachmas quinque.
Maſtiches drachmas tres.
Myrrhæ drachmas tres.
Camphoræ drachmam unam ſemis.
Liquentur ſimul Terebinthina, Cera, & Sevum: moxque injiciantur pulveres Thuris, Maſtiches, & Myrrhæ; iiſque probè commixtis addantur pulv. Lap. Calaminaris, Lithargyri, Ceruſſæ, & Tutiæ. Demum adhuc calenti indatur Camphora in Spir. Vini tantillo ſoluta; fiatque Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM ad HERNIAM.

℞ Gallarum,
Nucum Cupreſſi,
Malicorii,
Balauſtiorum,
Acaciæ,
Seminum Plantaginis,
Pſyllii,
Naſturtii,
Cupularum Glandium,
Fabarum torrefactarum,
Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ,
Myrtillorum, ana unciam dimidiam.
Hæc omnia pulverentur, & in Aceto Roſaceo macerentur per quatriduum; deinde torrefiant, & exſiccentur: tum
℞ Conſolidæ majoris, & minoris,
Caudæ equinæ,
Glaſti,
Ceterach,
Rad. Oſmundæ Regalis,
Filicis, ana unciam unam.
Thuris,
Myrrhæ,
Maſtiches, ana uncias duas.
Boli Armenæ in Aceto lotæ,
Lapid. Calaminaris præparati,
Lithargyri Auri,
Sang. Draconis, ana uncias tres.
Picis navalis libras duas.
Terebinthinæ, q. ſ. ut fiat Emplaſt. ſ. a.

## EMPLASTRUM de MASTICHE.

℞ Maſtiches uncias tres.
Boli Armenæ, in vino rubro lotæ, ſeſquiunciam.

Roſarum rub. drachmas ſex.
Scobis Eboris,
Bacc. Myrtillorum, ana unciam dimidiam.
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Tacamahacæ,
Labdani, ana uncias duas.
Ceræ flavæ libram dimidiam.
Olei Myrtillorum uncias quatuor.

Pulveranda ſeorſim terantur. Dein Cera in Oleo liqueſcat: liquatæ & igni ſubductæ adde Terebinthinam: poſtea Bolus, Roſæ, & Ebur in tenuiſſimum pulverem redacta permiſceantur: tandem Maſtiche accuratè ſubigatur: omniaque in mortario parùm calido gnaviter verſando, fiat ſ. a. Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM de MELILOTO SIMPLEX.

℞ Reſinæ puriſſimæ libras octo.
Ceræ Citrinæ libras quatuor.
Sevi Ovilli libras duas.

Hiſce liquatis adde Meliloti viridis, minutim conciſæ, libras quinque. Fiat ex arte Emplaſtrum.

## EMPL. MERCURIALE.

℞ Argenti vivi per corium trajecti uncias octo.
Styrac. liquid. unciam unam & dimidiam.
Terebinth. Venet. unciam unam. M. agitetur miſtura in Mortario ad ſeparationem totalem Hydrargyri:
℞ Empl. Diachalciteos libram unam.
Gum. Ammon. libram dimidiam.

Liquefiant & in Mortar. conjiciantur, & probè Piſtillo commiſceantur, donec totum frigeſcat.

## EMPLASTRUM de MINIO.

℞ Minii uncias novem.
Olei Roſarum rub. ſeſquilibram.
Aceti vini albi uncias ſex.

Coquantur in perfectam Emplaſtri conſiſtentiam.

## EMPLASTRUM NIGRUM.

℞ Ceruſſæ albæ libram unam.
Olei Sem. Lini libras duas.

Coque ad debitam conſiſtentiam, ſtrenuè ſpathulâ agitando.

## EMPLASTR. OPOBELDOC.

℞ Gum. Bdellii,
Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni,
Opopanacis, uncias duas.

His liquefactis adde
Terebinth. Argentoratenſ. libram dimidiam.
Olei Laurini uncias quatuor.
Succini uncias duas.

Agitentur ſuper ignem lenem.

℞ Lithargyri libram unam.
Lap. Calaminaris libram unam & dimidiam.
Olei Olivar. libras duas.

Lini libram unam.

Bulliant ſuper ignem lenem jugiter ſpathulâ agitando: deinde probe mixtis adde

Ceræ flavæ,

Colophoniæ, ana libram unam.

Liquatis & probè mixtis, adde Gumm. ſuprà præſcript. Iterum coque, & agita, donec omnia commiſceantur; commixtis demum ſenſim adde

Croc. Mart. adſtring.

Magnet.

Colcothar. rubr.

Oliban.

Myrrh.

Succin.

Maſtich.

Sarcocollæ,

Sang. Dracon.

Camph. ana unciam unam.

Rad. Ariſtoloch. rotund. uncias duas.

Coque donec mixtura debitam acquirat conſiſtentiam.

## EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞ Croci uncias duas cum ſemiſſe.

Picis navalis,

Colophoniæ,

Ceræ Citrinæ, ana uncias quatuor.

Terebinthinæ,

Galbani,

Gum. Ammoniaci,

Myrrhæ,

Olibani,

Maſtiches, ana unciam unam, & drachmas tres.

Ceræ liquatæ adde Picem à ſordibus purgatam & colatam, tum Colophoniam: his liquatis, ab igne ſemotis & parum refrigeratis, Galbanum & Ammoniacum, ſeorſim in aceto ſoluta, colata, & ad abſumptionem aceti cocta, & cum Terebinthinâ ſubacta, immiſcebis. Tum inſperge Thus, Maſtichen, & Myrrham, ſeorſim tenuiſſimè pulverata: poſtremò Crocum ſubtiliſſimè pulveratum; omniaque probè agitando, fiat ex arte Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM de SAPONE.

℞ Olei communis libras duas.

Minii libram unam.

Foco impoſita diu ſeduloque agitentur, donec optimè commixta fuerint. Tum demptis ab igne, & etiamnum calentibus immiſce

Saponis Veneti, in tenues lamellas inciſi, ſelibram.

Fiat ſ. a. Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM STICTICUM.

℞ Olei Olivar. uncias ſex.

Ceræ flavæ unciam unam ſemis.

Lithargyri triti uncias quatuor ſemis.

Gum. Ammoniaci,

Bdellii, ana unciam dimidiam.

Galbani uncias ſex.

Opopanacis,

Olei Laurini,

Lap. Calaminaris,

Ariſto-

4

Ariſtolochiæ utriuſque,
Myrrhæ,
Thuris, ana drachmas duas.
Terebinthinæ puræ unciam unam.

Oleum, & Lithargyrus ſimul coquantur, & nutriantur, ſpathulâ ligneâ aſſiduè agitando, dum digitis non adhæreant; deinde Maſsâ ab igne remotâ liquetur Cera; mox adjiciatur Terebinthina cum Gummi mixta. Pòſt addantur Pulveres; & ubi omnia refrixerint, indatur Thus, ac tandem Oleum Laurinum, ut fiat Emplaſt. ſecundùm artem.

## EMPLASTRUM STOMACHICUM MAGISTRALE.

℞ Menthæ,
Abſinthii,
Stœchados,
Fol. Lauri, ana drachmam unam.
Majoranæ,
Roſarum rubrarum,
Santali Citrini, ana drachmas duas.
Calami Aromatici,
Ligni Aloes,
Flor. Lavendulæ,
Nucis Moſchatæ,
Cubebarum,
Galangæ,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam unam.
Maſtiches drachmas tres.
Caryophyllorum drachmas duas & ſemis.
Olei Menthæ ſeſquiunciam.
Nardini unciam unam.
Spicæ drachmam unam.
Reſinæ,
Ceræ, ana uncias quatuor.
Labdani uncias tres.
Styracis Colati unciam ſemis.
Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM TONSORIS.

℞ Picis ſiccæ libras duas.
Ceræ libram unam.
Reſinæ Pini libram ſemis.
Farinæ Fœnugræci,
Pollinis Radicis Chamæleontis nigri, vel Bryoniæ, ana uncias quatuor.
Sem. Cymini tenuiſſimè triti, uncias duas.
Fiat Emplaſt. ſ. a.

# OLEA CHYMICA,

ET

# MEDICAMENTA CHYMICA,

ET

# PRÆPARATIONES MEDICAMENTORUM.

## OLEA ex HERBIS & FLORIBUS.

### OLEUM ABSINTHII.

℞ Abſinthii libram unam; Aquæ Fontanæ ad ſupereminentiam trium quatuorve digitorum; fiat diſtillatio per Alembicum magnum cum ſuo refrigeratorio; vel per veſicam cupream cum ſuo operculo & roſtro oblongo in ſpiras convoluto per aquam frigidam tranſeunte. Oleum cum aquâ extractum ſeparetur per infundibulum, vel vitrum ſeparatorium dictum. Aqua ab Oleo ſeparata ſervetur ad novam diſtillationem.

Eodem modo parantur,
Ol. Herb. Majoranæ,
Menthæ,
Origani,
Pulegii,
Roriſmarini,
Rutæ,
Sabinæ,
Salviæ,
Satureiæ,
Thymi, &c.

Eodem modo paratur Oleum, ſeu, ut vocatur, pinguedo,
Roſarum Damaſcenarum,
Flor. Chamæmeli,
Lavendulæ,

Et ex aliis omnibus Herbis & Floribus calidis.

Eodem modo parantur etiam Olea è Corticibus ſiccis
Aurantiorum,
Citri,
Limonum. Sed & è prædictis corticibus recentibus & ſuccu-

ſucculentis, contuſis, & cum aquæ ſimplicis quantitate ſufficienti diſtillatis, promptiùs & majori copiâ, atque ad uſum Medicum non minùs commoda, Olea diſtillari poſſunt.

## OLEA è SEMINIBUS.

### OLEUM è SEMINE ANETHI.

℞ Seminum Anethi contuſorum libras duas.

Aquæ fontanæ libras viginti. Diſtillentur per veſicam, ſeu per Alembicum cum Refrigeratorio. Oleo, cum Aquâ extracto, per infundibulum ſeparato, Aquam adhibe ad novam diſtillationem.

Eodem modo parantur
Olea è Seminibus Aniſi,
Carui,
Cymini,
Dauci,
Fœniculi,
Petroſelini,
Saxifragiæ, &c.

Eodem modo parantur etiam Olea ex Aromatibus; ut è
Cinnamomo,
Caryophyllis,
Macere,
Nuce Moſchatâ,
Pipere, &c.

Quæ non ſunt in eum finem, in pulverem redigenda; ſed ſolùm fruſtatim confringenda, parumque contundenda.

## OLEA ex LIGNIS AROMATICIS.

Ut è Lignis Saſſafras,
Rhodio, &c.

Radantur Ligna ante diſtillationem.

## OLEUM GUAIACI.

Diſtillatur per Retortam unà cum Spiritu; cum quo deinde ſecundùm artem rectificatur & ſeparatur. Eadem omnia obſervanda in diſtillatione
Olei de Buxo,
Corylo, & aliis lignis ſolidioribus: atque etiam in diſtillatione Olei Tartari cum Spiritu acido ejuſdem.

## OLEUM è BACCIS JUNIPERI.

℞ Baccarum Juniperi partes duas.
Salis Marini partem unam.

Quibus contuſis adde Aquæ Fontanæ q. ſ. diſtilla vaſis communibus die ſequente.

## OLEUM ſive SPIRITUS TEREBINTHINÆ, ſive ut vulgò dicitur OLEUM SPICÆ.

℞ Terebinthinæ Venetæ q. v.

Aquæ Communis quadruplum; indantur Alembico ſeu Veſicæ cupreæ cum ſuo Refrigeratorio, ſubdito igne convenienti: ſic extillabit Oleum tenue & album inſtar Aquæ; & remanebit in fundo vaſis Colophonia.

## OLEUM CERÆ.

Ceræ Flavæ liquatæ libræ uni, admiſceantur pulveris tegularum

rum libræ tres; indantur in Retortam, & extrahatur Oleum in Arenâ; quod cum novo pulvere tegularum rectificetur: vel adde Oleo jam diſtillato novæ Ceræ minutim inciſæ duplum; fiatque denuo per Retortam, leni cinerum igne, diſtillatio.

Eodem modo diſtillantur Olea è pinguedinibus; necnon ex Gummi, & Reſinis, quæ in pulveres redigi non poſſunt.

## OLEUM LATERITIUM PHILOSOPHORUM.

Lateres candefacti in Oleo Olivarum immergantur, donec omne Oleum imbiberint; tum exempti confringantur. Unde per retortam Oleum diſtillatur, à Spiritu ſeparandum.

*Oleum Picis Barbadenſis*, fit per Retortam.

## OLEUM SUCCINI.

℞ Succini Flavi partes ſeptem.
Argillæ figulinæ partes quinque; M. Diſtilla per retortam. Rectificetur miſcendo cum recenti argillâ.

*Sal Succini*, qui collo Retortæ interiùs adhæreſcit, collectus; ac ſolutione, filtratione, & coagulatione in Spiritu proprio ſ. a. repurgatus, ſervetur ad uſum.

Eodem modo diſtillatur *Oleum* è *Gagate*, atque è *Gummi*, & *Reſinis*, quæ in pulverem reduci poſſunt, ut è
Benzoino,
Maſtiche,
Thure, &c.

## OLEUM ſeu BUTYRUM ANTIMONII.

℞ Antimonii Crudi,
Mercurii ſublimati, ana libram unam.

Fiat pulvis indendus Retortæ vitreæ, cujus collum ſit amplum. Diſtilletur leni igne; collum retortæ abſciſſum relinquatur in loco humido, donec pinguedo ei adhærens in liquorem ſolvatur.

## SPIRITUS SALIS.

℞ Salis communis, Pulveris tegularum ana q. ſ. M. inde in Retortam, & per ignem Reverberatorii eliciatur Spiritus, & in Arenâ rectificetur ſ. a.

## OLEUM SULPHURIS.

Fit per Campanam Vitream, ſub quâ Sulphur accenditur; ubi Oleum condenſatum per latera Campanæ in vas ſuppoſitum diſtillat.

## GAS SULPHURIS.

Fit, ſi Sulphur ſub Campanâ, vaſi Aquâ pleno impoſitâ, ad ſufficientem imprægnationem Aquæ, ſæpius deflagramus.

## LAC SULPHURIS.

℞ Sulphuris partem unam.
Calcis vivæ, vel Salis Tartari partes tres.

Coque in Aquæ Fontanæ q. ſ. ad ſolutionem Sulphuris. Filtra calidè; præcipita cum Spiritu Vitrioli; edulcora, & ſicca.

## AQUA FORTIS SIMPLEX.

Fit ex Vitrioli partibus duabus, & Nitri parte unâ.

## AQUA FORTIS DUPLEX.

Diſtillatur, igne Reverberii, ex Vitrioli & Nitri partibus æqualibus.

## OLEUM VITRIOLI.

℞ Vitrioli Anglici optimi q. v. Liquetur in vaſe fictili non vitreato, ſubtus accenſis prunis. Exhalet omnis humiditas, & ſic tandem reducatur in pulverem flavum: qui indatur Retortæ fictili ignis patienti, in fornace apertâ collocandæ. Detur ignis per gradus ad ſummum uſque per triduum, donec Recipiens tumultuantibus fumis antea obſcurum, clarum evaſerit. Liquor ſtillatitius Retortulæ indatur, ut in Arenâ, phlegmate ſeparato, rectificari ſ. a. & ſeorſim ſervari poſſit validiſſimum, & valdè ponderoſum Oleum.

## AQUA MELLIS.

℞ Mellis puriſſimi libras quatuor.
Arenæ ſicciſſimæ libras duas.

Ponantur in Cucurbitam adeò capacem, ut materia quintam duntaxat vaſis partem occupet; atque in balneo, phlegma; in cineribus, paulò intenſiori gradu ignis, Aqua acida flava proliciatur.

## LIQUAMEN TARTARI,

SEU

## OLEUM TARTARI per DELIQUIUM.

℞ Tartari Vini albi ad albedinem calcinati ſecundùm artem q. v. ponatur in manicam Hippocratis, quæ ſuſpendatur in cellâ humidiore, ut ſolvatur Tartarum.

Huic affine eſt ratione præparationis (licèt Medicamentum Chymicum non ſit,)

## OLEUM MYRRHÆ per DELIQUIUM.

Aliquot ovis gallinaceis ad duritiem coctis, & per mediam longitudinem inciſis, vitelli eximantur: tum albuminum cavitates Myrrhâ tritâ ad medietatem impleantur; & denuo conjungantur eorundem partes, filoque leviter conſtringantur. Craticulæ inter duas paropſides collocatæ ſuperponantur, & in

loco ſubterraneo humido reponantur; ſic Myrrhæ liquatus humor in paropſidem inferiorem diſtillabit.

## SPIRITUS TARTARI.

℞ Tartari puri cryſtallati libras quatuor.

Diſtilla in Retortâ cum Recipiente amplo, igne gradatim aucto, donec fumi penitus ceſſaverint. Prodibunt Phlegma, Spiritus, Oleum; quo poſtremò ſeparato, liquor reliquus Cucurbitæ vitreæ inditus, calore Arenæ bis terve rectificetur; abſtrahendo quâque vice partem duntaxat tertiam. E maſſâ reſiduâ fit per calcinationem Sal Tartari; unde etiam poteſt elici Oleum Tartari per Deliquium.

# MEDICAMENTA CHYMICA.

### TINCTURA ANTIMONII.

℞ Antimonii crudi optimi unciam unam.
Salis Tartari,
Nitri, ana uncias duas ſemis.
Liquentur in crucibulo candenti. Deinde injiciatur mixtura in mortarium ferreum; & pulveri frigido affunde Spiritum Vini q. ſ. ad Tincturam extrahendam.

### ELIXIR VITRIOLI MYNSICHTI.

℞ Cinnamomi,
Zinziberis,
Caryophyllorum, ana drachmas tres.
Calami Aromatici unciam unam.
Galangæ minoris ſeſquiunciam.
Foliorum Salviæ,
Menthæ criſpæ, ana unciam dimidiam.
Cubebarum,
Nucis Moſchatæ ana drachmas duas.
Ligni Aloes,
Corticis Citri, ana drachmam unam. Fiat Pulvis. Adde
Sacchari Candi uncias tres.
Spiritûs Vini ſeſquilibram.
Oleum Vitrioli libram unam.
Extrahe Tincturam, digerendo dies viginti ſ. a. deinde filtra ad uſum.

### ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞ Antimonii optimi partem unam.
Nitri puriſſimi partes tres; teratur Antimonium, mox addito Nitro, ſimul redigantur in pulverem; qui in Crucibulo comburatur; quod commodiſſimè fit, ſi prædictus pulvis ſenſim, ſeu per vices, cum cochleari vel ejuſmodi inſtrumento commodo, in Crucibulum candens injiciatur. Tandem exempta, & in pulverem redacta materia, & aquâ diſtillatâ, vel fontanâ abluta, ſervetur ad uſum.

## BEZOARTICUM MINERALE.

℞ Butyri Antimonii uncias tres. Affunde guttatim Spiritûs Nitri tantundem; abſtrahe calore Arenæ; & reaffunde addendo ejuſdem Spiritûs unciam; iterumque evaporet, repetendo eandem operam ter quaterve. Materia remanens trita, calcinetur in crucibulo per horam: Dein edulcetur abluendo, & deſuper accendendo tertiò quartóve Spiritum Vini.

## CHALYBS PRÆPARATUS cum ACETO.

℞ Limaturæ Chalybis q. v. humectetur ſæpiùs aceto Vini albi acerrimo, & ſiccetur ad ſolem, vel in aere ſicco & tepido; tum teratur in mortario ferreo; tandem in Porphyrite lævigando reducatur in pulverem impalpabilem, & ſervetur ad uſum. Poterit etiam ex rubigine ferri ſine Aceto parari.

## CHALYBS cum SULPHURE PARATUS.

Chalybs candens Magdaleoni Sulphuris admovetur, ut liqueſcat, & guttatim in aquam ſuppoſitam decidat; qui exſiccatus, & tritus ſervetur uſui.

## CRYSTALLI TARTARI.

℞ Tartari Vini Rhenani aut albi q. v. Redigatur in pulverem craſſiuſculum; poſtea coquatur in Aquæ fontanæ q. ſ. & poſt ſpumæ detractionem, liquor adhuc fervens agatur per chartam emporeticam, in vas vitreum calefactum, ne frangatur: tum ſinantur omnia lentè refrigeſcere; & collocentur in cellâ ſubterraneâ, vel loco frigido, ut Cryſtalli ad vaſis latera concreſcant; quæ exemptæ, aquâ puriſſimâ ablutæ, ſuper chartam bibulam extenſæ, & exſiccatæ, ſerventur ad uſum.

## CROCUS MARTIS APERITIVUS.

Fit ex Chalybe cum Sulphure parato, in igne Reverberii.

## CROCUS MARTIS ASTRINGENS.

Limaturam Chalybis igne acerrimo eouſque reverbera, donec elevetur in Crocum leviſſimum & rubicundiſſimum.

## CROCUS METALLORUM.

℞ Antimonii per longas venas ſcintillantis, & Nitri puriſſimi ana partes æquales. Reducantur in pulverem ſcorſim, mox commiſceantur: tum

tum injiciatur hæc mixtura ſenſim in Crucibulum candens cochleatim; & cùm penitus jam deflagraverit, ac ſtridor ceſſaverit, amoveatur ab igne, ut quamprimum refrigeſcat: tandem confracto vaſe, materia metallina fuſcè rubens ſeparetur à cruſtâ albicante, & ſervetur ad uſum.

## FLORES SULPHURIS.

℞ Sulphuris flavi in fruſta comminuti libram; immitte Cucurbitæ vitreæ bene lutatæ: pone in arenam; & appoſito Alembico vitreo, ſublima igne primùm miti, poſtea validiore. Flores in Capitellum elevati deturbentur, & colligantur.

## HEPAR SULPHURIS.

Fit ex florum Sulphuris liquatorum unciis quatuor; addendo Salis Tartari puriſſimi ſeſquiunciam; & miſcendo optimè cum ſpathulâ agitando: remotam ab igne ſerva maſſam ad uſum. Inſervit Tincturæ, & Syrupo Sulphuris præparandis.

## FLORES SALIS AMMONIACI.

Fiunt ex Salis communis fuſi, & Salis Ammoniaci partibus æqualibus, ſimul ſublimatis.

## FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES.

℞ Salis Ammoniaci libram.
Limaturæ ferri uncias decem.
Trita ſimul & mixta diſtillentur in Retortâ colli amplioris, igne Reverberii per gradus aucto. Vaſe refrigerato, collige flores ſublimatos, in vitro ſervandos.

## FLORES BENZOINI.

Fit ex Benzoini pulvere Ollæ indito, & Conus chartaceus ſuper adaptatur; poſtea igne ſubjecto eleventur flores; ſubinde chartam mutando, floreſque excutiendo, qui, ſi opus fuerit, rectificentur eodem modo.

## VITRIOLUM CAMPHORATUM.

℞ Vitrioli calcinati uncias ſex.
Camphoræ in Spiritu Vini ſolutæ unciam unam. M. & lento igne Spiritum inde abſtrahe ſ. a.

## LAPIS INFERNALIS, ſive SEPTICUS.

Lixivium forte, ex quo ſapo conficitur, ſartagine exceptum, in lapidem coquatur; cavendo tamen, ne omnis humor abſumatur, & areſcat. Cùm refrixerit, ſcindatur, & in Vitro probè obturato ſervetur.

 ALITER.

### ALITER.

℞ Vitrioli ad rubedinem calcinati uncias duas.
Salis Ammoniaci, unciam unam.
Tartari ad albedinem calcinati,
Calcis vivæ, ana uncias tres.
Tritis affundatur lixivium ficulneum, tithymallinum, vel Saponis; ſæpiuſque tranſcoletur, donec materia ferè tota diſſolvatur. Colatura coquatur in vaſe æneo ad humiditatis conſumptionem: quod relinquitur in Vitro probè obturato ſervetur ad uſum.

### CAUSTICUM LUNARE.

Solve Argenti Cupellati partem unam in Aquæ Fortis partibus tribus, & evapora ad tertias; effunde maſſam in vas ferreum.

### LAPIS MEDICAMENTOSUS.

℞ Aluminis rupei,
Lithargyri Auri, ana libras ſex.
Colcothar Vitrioli libras tres.
Boli Armeni libras ſex.
Aceti optimi libras tres.
Coque ad lapidis duri conſiſtentiam.

### TINCTURA MARTIS GLAUBERI.

℞ Tartari Vini Rhenani, limaturæ Chalybis, ana libras quatuor. Fiat pulvis, ſubtiliſſimus; coque in ollâ ferreâ per horas triginta ſex in aquæ fontanæ q. ſ. ad congios duos. Filtretur calidè: Deinde filtratum liquorem evapora ad libras quinque.

### TINCTURA MARTIS MYNSICHTI.

℞ Florum Salis Ammoniaci Martial. unciam unam.
Spiritûs Vini Gallici uncias quatuor. Digere, & cola.

### TINCTURA MARTIS cum SALE AMMONIACO.

℞ Limaturæ Martis cum parte æquali, Salis Ammoniaci exactè mixtæ q. ſ. & ſublimentur ſ. a.
Ex capite mortuo liquor defluens filtratus, ad ſiccitatem evaporetur: Unde cum Spiritu Vini rectificati extrahatur Tinctura, quæ exhaletur uſque ad dimidii conſumptionem. Dein adde Spiritûs Salis guttas aliquot, & digerantur per quatuor dies ad intimam conjunctionem, ſ. a.

### TINCTURA MARTIS cum SPIRITU SALIS.

℞ Rubiginis ferri unciam unam.
Spiritûs Salis libram dimidiam.
Infunde frigidè, ut Tinctura extrahatur; Tincturam per ſubſidentiam

ſidentiam depuratam diſtilla ad tertias; reſiduo adde Spiritûs Vini libram dimidiam. Digere ad Tincturam extrahendam.

### TINCTURA SALIS TARTARI.

℞ Salis Tartari defæcatiſſimi uncias ſex. Fundatur in crucibulo, donec colorem rubrum acquiſiverit; tum eidem, dum etiamnum calet pulverato, & Matracio firmo colli oblongi indito, affunde Spiritum Vini rectificatum, ut tribus quatuorve digitis tranſverſis ſuperſtet; digeratur in furno arenæ calore ſatis intenſo, per plures dies ad Tincturæ eductionem.

### SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞ Salis Tartari,
Ammoniaci, ana libras tres.

Seorſim pulverata, & commixta, indantur Cucurbitæ amplæ, affundendo Aquæ Fontanæ libras ſex vel octo: Tum diſtillentur in arenâ, Spirituſque purus leni calore aſcendet. Hunc Spiritum, ſi Cucurbitâ altiore rectifices, Sal Volatilis puriſſimus in Alembicum ſublimabitur.

### SPIRITUS FULIGINIS.

℞ Tantum fuliginis è lignis combuſtis ponderoſæ, & picis inſtar cum nigredine ſplendeſcentis, quantum Retortæ terreæ ultra medietatem implendæ ſufficerit; tum Recipiente amplo adaptato, fiat diſtillatio, igne Reverberii gradatim ad mediocritatem aucto. Aſcendent brevi Spiritus in fumo albicante; dein Oleum cum Sale Volatili, & Sal ſeorſim colligatur; idemque rectificando in Cucurbitâ altiore depuratus, ſervetur uſui. Liquor reliquus, ab oleo, filtratione ſeparatus, rectificetur diſtillando in Balneo Mariæ, aut Arenæ bis vel ter.

Ramenta Corn. Cervini vel eodem modo (igne ſcil. nudo) vel in Retortâ vitreâ furno arenæ diſtillentur. Similiter è Cranio, Oſſibus, & Sanguine, Spiritus cum Sale Volatili ac Oleo fœtido proliciuntur.

### SPIRITUS SALIS VOLATILIS OLEOSUS.

℞ Cinnamomi uncias duas.
Macis unciam dimidiam.
Caryophyllorum drachmam.
Corticis Citri ſeſquiunciam.
Salis Ammoniaci unciam dimidiam.
Salis Tartari uncias quatuor.
Spiritûs Vini uncias duodecim.
Miſce & diſtilla in Arenâ.

### SPIRITUS SALIS.

℞ Salis communis decrepitati libras duas.
Commiſceantur cum argillæ

uſtæ

uſtæ libris quatuor; per Retortam igne aperto diſtilla.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞ Spiritûs Salis optimè dephlegmati partes quatuor.
Spiritûs Vini rectificati partes ſex.
Diſtillentur ſimul in Alembico vitreo ad medias.

ELIXIR PROPRIETATIS.

℞ Myrrhæ electæ,
Aloës optimæ,
Croci, ana uncias tres.
Pulveratis affunde Spiritûs Vini rectificati libras duas. Digerantur quatriduum, ad Tincturæ extractionem; quam decanta. Relictæ materiæ affunde denuo Spiritum Vini; digereque ac decanta ut priùs; tandem Spiritûs Vini partem aliquam diſtillando abſtrahe.
Fit cum acido, addendo Spiritûs Sulphuris q. v.

ELIXIR PROPRIETATIS HELMONTII.

℞ Tartari rubri,
Nitri, ana uncias duodecim.
Pulveriſentur & ſenſim Crucibulo ardenti immittantur; materia calcinata effundatur in Mortarium vitreum; ſuperaffunde Vini albi libras duas, & fiat Lixivium. In hoc ſolvatur Aloes & Croci ana ſeſquiuncia, ut fiat Tinctura.

℞ Salis Ammoniaci uncias octo.
Solve in Aq. fontan. unciis viginti. Colatura evaporetur ad ſiccitatem.

℞ Salis hujus unciam unam.
Vini albi libram unam.
Fiat Lixivium, in quo ſolvatur Myrrhæ ſeſquiuncia, ut fiat Tinctura.
Miſceantur hæ Tincturæ in Vaſe clauſo, & fiat Elixir.

LAPIS, ſeu SAL PRUNELLÆ.

℞ Nitri puriſſimi, & in ſtirias cryſtallinas concreti, libram unam. Crucibulo indatur, undique admotis & ſuppoſitis prunis; ut fluat Nitrum inſtar metalli. Huic fuſo, & ſpumâ liberato, paulatim, & per vices injiciantur unciæ duæ Florum Sulphuris; protinus poſt abſumptionem ejuſdem Sulphuris, & Crucibuli ab igne amotionem, Nitrum inſtar aquæ fluidum effundatur in pelvim æneam; & poſtquam refrixerit, ſervetur in uſum in vaſe vitreo bene clauſo.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞ Vitrioli optimi ad flavedinem calcinati libram unam.

Salis communis,
Nitri purificati, ana libram dimidiam.
Mercurii crudi per Alutam tranſcolando mundati libram unam.

Terantur omnia ſimul in Vaſe ligneo, cum piſtillo ligneo, donec ſales in pulverem reducantur, nec ampliùs Mercurii globuli ulli minuti ſub conſpectum cadant: quod commodiſſimè fiet, ſi multis vicibus partitim inſtituatur tritura; ſumendo v. g.

Vitrioli, Mercurii, ana unciam unam.
Salis, Nitri, ana unciam dimidiam, pro vice; & ſic porrò, donec univerſa materia in pulverem redacta & commiſta ſit. Tum indatur hæc mixtura Matracio, iſtius capacitatis, ut non ultra dimidium ſphæricæ cavitatis implere poſſit injecta materia. Collocetur vitrum ultra medietatem in arenâ, in fornace convenienti; ubi ſuppoſito, & per gradus ad ſummum aucto igne, duodecim vel ſexdecim horarum ſpatio peracto, Mercurius ſublimatus ſuperiori vaſis parti adhærebit.

## MERCURIUS DULCIS SUBLIMATUS.

℞ Mercurii ſublimati, ut ſuprà, uncias quatuor.
Mercurii crudi mundati uncias tres.

Terantur ſimul in Vaſe ligneo, cum Piſtillo ligneo, ad perfectam mixturam; pulvis indatur Phialæ oblongæ; quæ collocetur ad medietatem in arenâ, ſubdito lento igne, qui per gradus augeatur ad ſex horas continuas, ut pellatur Mercurius è fundo in mediam Phialæ regionem: qui exemptus, & à Mercurii crudi unà aſcendentibus particulis quibuſcunque ſeparatus, iterùm ſublimandus eſt; vel tertiò ſi opus, donec candorem niveum acquirat; quod ſi quater, aut pluries ſublimetur, Calomelas nominatur.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS CORROSIVUS.

Paretur Mercurii crudi ſolutio partis unius, in Aquæ Fortis partibus duabus. Tum in Alembico ad medietatem in cineribus collocato, fiat diſtillatio leni calore ad ſiccitatem; tandem aucto igne, ſtylo ferreo verſetur materia, donec colorem rubrum acquirat: ſic habetur Mercurius præcipitatus corroſivus, ad uſum in vaſe vitreo ſervandus.

## MERCURIUS DULCIS PRÆCIPITATUS.

℞ Mercurii crudi, ex Sale marino per Retortam pulſi, vel ex Cinnabare vulgari revivificati, partem unam; Aquæ Fortis noſtræ, partes duas; fiat diſſolutio ſ. a. Interim paretur Muria, ex Aquâ Fontanâ

& Salis marini tantâ quantitate, quantam ipſa aqua poterit diſſolvere: filtretur, vel per chartam emporeticam agatur. In hanc muriam effundatur ſenſim Mercurii ſolutio; illico præcipitabitur pulvis albus, ab omni acrimoniâ abluendus aquâ ſimplici diſtillatâ, vel fontanâ tepidulâ, lento calore exiccandus, & recondendus ad uſum in vaſe vitreo.

## MERCURIUS VITÆ.

Butyrum Antimonii ad præſcriptum noſtrum diſtillatum, rectificatum, necnon in Oleum ſeu Liquorem ſolutum, projiciatur in aquam puriſſimam, quæ illicò lactea evadet; indè præcipitabitur pulvis niveus, multiplici ablutione aquæ puræ tepentis dulcorandus, leni calore exiccandus, & ſervandus ad uſum.

## TURPETHUM MINERALE.

℞ Mercurii crudi puriſſimi,
Olei Vitrioli ab omni plegmate ſeparati, ana partes æquales.

Indantur Retortæ; quæ ponatur in arenâ, ſuppoſito, & per gradus aucto igne, ad ſiccitatem. Reſtante in fundo vaſis maſsâ albâ, quæ ſeparata è portiunculis Mercurii crudi quibuſcunque admiſtis, projiciatur in Aquam Fontanam claram; unde illico flaveſcit; tandem abluatur ad dulcedinem, & ſiccetur.

## REGULUS ANTIMONII.

℞ Antimonii crudi,
Nitri,
Tartari, ana partes æquales.

Teratur Antimonium ſeorſim in Mortario ferreo, cum piſtillo ferreo; additiſque cæteris, ſimul redigantur omnia in pulverem. Iſte pulvis ſenſim cum cochleari immittatur in crucibulum candens. Poſt deflagrationem, detur ignis fuſionis, & leniter agitetur crucibulum, ut Regulus fundum petat: qui exempto, & ſenſim frigefacto crucibulo, à ſcoriis liberetur.

## SACCHARUM SATURNI.

℞ Ceruſſæ q. v. cui in vaſe vitreo affunde aceti diſtillati q. ſ. ut ſupernatet quatuor digitis: calefiat, & continuè agitetur aliquandiu: poſt reſidentiam ſeparetur acetum dulce, novumque affundatur; fiatque ut ſuprà toties, donec nulla dulcedo ampliùs extrahatur. Liquores omnes conjuncti, per reſidentiam clarificentur; tum in vaſe vitreo fiat exhalatio ad dimidii abſumptionem, vel eouſque, donec vaſe in loco frigido relicto concreſcant Cryſtalli; à quibus ſeparatus liquor iterum exhalet; & reponatur in frigido ad novorum cryſtallo-

rum concretionem: atque toties repetatur hujuſmodi exhalatio, & concretio, donec nulli ampliùs cryſtalli concreſcant.

## SAL VITRIOLI.

Vitriolum Anglicum in Crucibulo calcinando reducatur in pulverem violaceum ſeu obſcurè purpureum; qui pulvis partitim projiciatur in vas vitreum amplum, in quo ſit aqua limpida, baculo continuè agitando, donec aqua, quæ primò valde incaleſcit, denuo refrixerit. Quieſcant omnia horas viginti quatuor: tum agatur liquor per chartam griſeam bibulam: tandem fiat exhalatio in vaſe vitreo, & coagulatio Salis Vitrioli ſ. a.

## SCAMMONIUM SULPHURATUM.

℞ Scammonii triti q. v. extendatur ſuper chartam bibulam, detineaturque ſupra carbones vivos ſulphure injecto fumantes, donec Scammonium (quod continuè interim movendum eſt) liqueſcere incipiat, vel albeſcat.

## RESINA JALAPII.

℞ Radicum Jalapii ponderoſarum, nigreſcentium & ſplendicantium libram unam.
Spiritûs Vini rectificati libras tres.

Digerantur leni calore unum vel alterum diem in Vaſe clauſo; tum Spiritus tinctus per filtrum ſeparetur, aliuſque reaffundatur, idque toties fiat, donec Spiritus Vini non ampliùs coloretur. Tinctos hos Spiritus in Cucurbitâ vitreâ ad quartæ partis remanentiam abſtrahe; affuſoque aquæ frigidæ momento, Reſina ad vaſis fundum præcipitabitur; quæ à ſordibus abluta, & exiccata ſervetur in uſum.

Simili modo, Reſina Scammonii, Turpethi, Guaiaci, aliarumque rerum reſinoſarum parari poſſunt.

## SAL ſeu VITRIOLUM MARTIS.

Fit ex Spiritûs Vini optimi unciis quatuor.
Olei Vitrioli unciis duabus.
Servatis ſimul in vaſe ferreo ut Cryſtalli formentur.

## TARTARUS EMETICUS.

Fit è Cremoris Tartari, & Croci Metallorum, ana q. ſ. quæ mediante calore, in Aquâ Fontanâ diſſolvatur. Filtratum liquorem (ad pelliculam, ſi cryſtallos deſideramus, aliter) ad ſiccitatem evaporamus.

## ÆTHIOPS MINERALIS.

℞ Mercurii crudi,

Florum

Florum Sulphuris, ana partes æquales.

Agitentur in Mortario vitreo, cum piſtillo vitreo, donec Mercurius evaneſcat.

## AURUM MOSAICUM.

Fit ex Mercurio & Jove amalgamatis; cum Sulphure & Sale Ammoniaco ana ſ. a. ſublimatis.

## ENS VENERIS.

℞ Vitrioli cœrulei optimè reverberati, & loti, partem unam.

Salis Ammoniaci, partes duas.

Sublima ſ. a. cum tribus cohobiis.

## SPIRITUS VENERIS.

Diſtillatur per Retortam ex Vitriolo Veneris ſ. a.

## TARTARUM VITRIOLATUM.

℞ Olei Tartari per Deliquium uncias quatuor; cui in Vitro capaci guttatim inſtilla Olei Vitrioli optimè rectificati uncias duas. Sic fiet coagulum albiſſimum; quod, ſupernatante humiditate calore leni evocatâ, ſervetur ad uſum.

## VITRIOLUM ALBUM DEPURATUM.

Vitriolum album ſolvatur in aquâ purâ; diſſolutum agatur per filtrum chartaceum, & poſt ſufficientem exhalationem, fiet concretio Vitrioli albi depurati.

# EXTRACTORUM CONFICIENDORUM RATIO GENERALIS.

Parari poſſunt Extracta ex omni ferè materiâ Medicâ, ſeu è quovis Medicamento (ſive ſimplici, cujuſmodi ſunt Herbæ, Flores, Semina, &c. ſive compoſito, qualia ſunt, Species, Maſſæ Pilularum, &c.) quod Tincturam menſtruo, cui infunditur, communicare ſolet. Itaque ſumatur cujuſvis materiæ Medicæ conciſæ, contuſæ, vel aliter, ut pro infuſione res poſtulat, præparatæ, q. v. Affundatur Spiritus Vini vel Aquæ Stillatitiæ Medici præſcribentis intentioni accommodæ, q. ſ. Maneant in infuſione ad calorem Balnei, vel alium lentum per biduum, plus minùs, prout denſitas vel tenuitas materiæ poſtulaverit; donec liquor Medicamenti Tincturâ impraegnetur. Tum liquor tinctus ſeparetur per inclinationem, affuſo novo menſtruo, poſt infuſionem, ut priùs ſeparando, idque toties repetendum, quoties Medicamentum de ſe Tincturam liquori impertierit. Liquores tincti conjungantur, per chartam Emporeticam agantur; & tandem calore Balnei exhalet humiditas, donec materia in fundo vaſis ad mellis conſiſtentiam redigatur, quæ ad uſum ſervanda. Cui etiam ad Medici præſcriptum nonnihil Salis proprii, vel alterius idonei, (v. g. ſcrupuli duo, vel drachma dimidia ad ſingulas extracti uncias) quo diutiùs humidum maneat, adjungi poteſt.

# SALIUM CONFICIENDORUM MODUS.

## SALIS ESSENTIALIS PARANDI RATIO.

℞ Plantæ alicujus recentis & ſucculentæ, amplam ſatìs quantitatem; contundatur in Mortario ligneo vel lapideo; dein affuſâ copioſâ Aquâ Fontanâ clarâ, coquatur ad medietatis conſumptionem. Decoctum coletur fortiter exprimendo. Colatura iterum coquatur ad Mellis liquidi ſpiſſitudinem; reponatur in vaſe vitreo vel fictili vitreato in loco frigido per octiduum ſaltem; & Sal cryſtallinus concreſcet in modum Salis Gemmæ; qui effuſo decocto colligitur, propriâ aquâ abluitur, & ſiccatur ad uſum.

Hoc modo conficitur
Sal ex Abſinthio,
Carduo Benedicto,
Artemiſiâ, & ex aliis etiam Herbis amarulentis facilè; ex aliis autem non item, vel cum ſummâ difficultate.

## SALIS FIXI ſive ELEMENTARIS CONFICIENDI MODUS.

Præparandi ratio his quatuor conſtat; Calcinatione, Solutione, Filtratione, & Coagulatione. Primò igitur materia medica in cineres albos calcinatione redigenda eſt; deinde ex cineribus (affuſâ aquâ purâ & calidâ ad omnis ſalſedinis extractionem) paretur Lixivium, quod filtretur, & in vaſe fictili lento igne coquatur, ut exhalet aqua, & Sal relinquatur; qui aliquoties iteratis ſolutionibus, filtrationibus, & coagulationibus, ab omni impuritate ita liberandus eſt, ut planè albus & mundus evadat.



Sic

Sic parantur Sales ex Plantis; inter hujuſmodi Sales excellunt,

Sal Abſinthii,
Thymi,
Roriſmarini,
Centaurii minoris,
Artemiſiæ,
Cardui Benedicti,
Imperatoriæ,
Petroſelini,
Ononidis,
Fraxini,
Ebuli,
Guaiaci,
Buxi,
Chamæmeli,
Hyperici,
Cichorii,
Chelidonii,
Cochleariæ,
Betonicæ,
Eupatorii,
Meliſſæ,
Ceterach, &c.

SIMPLI-

# SIMPLICIUM QUORUNDAM MEDICAMENTORUM PRÆPARATIONES.

## ALUMINIS USTIO.

℞ Aluminis q. v. indatur fictili novo, & tamdiu uratur donec totum Alumen efferbuerit, nec amplius ſpumam emittat. Refrigeratum ſervetur in uſum.

## BRYONIÆ FÆCULA.

℞ Radicum Bryoniæ q. v. abradantur cultello, ſuccuſque prelo fortiter exprimatur. Hic in Vaſculis ſine motu detentus, poſt paucas horas fæculas albiſſimas inſtar Amyli deponet; quæ, Aquâ turbidâ ſupernatante per vaſis inclinationem ſeparata, deſiccentur in vitreatis Vaſculis.

Eodem modo paretur fæcula Ari, Raphani ruſticani, Iridis noſtratis, & ſimilium.

## LAPIDIS CALAMINARIS PRÆPARATIO.

℞ Lapidis Calaminaris q. v. candefiat bis terve, totieſque Aqua Plantaginis, ſeu Roſarum extinguatur. Tandem ſuper Marmor lævigatus, cum iiſdem aquis in Paſtillos redigatur.

## CAUTERII POTENTIALIS, SIVE LAPIDIS SEPTICI PRÆPARATIO.

℞ Cineris clavellati,
Calcis vivæ, ana partes æquales.

Indantur vaſi vitreo vel vitreato, & macerentur dies aliquot in aquâ communi; tum colentur, & clarum coquatur ut artis eſt.

Simplicius fieri poteſt ex ſaponis nigri, & Calcis vivæ partibus æqualibus commixtis.

CORAL-

## CORALLIORUM, MARGARITARUM, OCULORUM CANCRI, LAPIDUM PRETIOSORUM,

Similiumque

## PRÆPARATIO.

℞ Cujuſvis horum q. v. in Mortario è chalybe vel porphyrite tamdiu piſtillo molantur (tantillo interim Aquæ Roſaceæ guttatim affuſo) donec in tenuiſſimum pollinem redacta ſuerint; deinde formentur in Paſtillos.

## CORN. CERVINI, EBORIS,

Aliorumque

## OSSIUM USTIO.

℞ Corn. Cervini, Eboris, aut Oſſium quorumvis q. v. calcinentur igne aperto donec penitus albeſcant; deinde ſubtiliſſimè trita, laventur aliquoties Aquâ Roſaceâ; tandem ſuper marmor lævigata, formentur in Trochiſcos.

## ELATERIUM CONFICIENDI MODUS.

℞ Cucumerum agreſtium jam penè maturorum q. v. ſcindantur, ſuccuſque leviſſimè expreſſus trajiciatur per ſetaceum tenuiſſimum in vas mundum vitreatum. Dein ſubſidat dum craſſiorem partem depoſuerit; tenuior ſupernatans effundatur per vaſis inclinationem; & quod adhuc reliquum eſt filtro trahatur. Craſſior verò ſubſidentia linteo cooperta ſoli exponatur donec exaruerit, & ad uſum ſervetur.

## LAPIDIS LAZULI PRÆPARATIO.

Lapis Lazuli cœruleus minutiſſimè ſupra Porphyritem tritus Aquâ abluatur, & exiccatus reponatur in uſum.

## LITHARGYRI PRÆPARATIO.

Lithargyrus tenuiſſimè in Mortario lævigetur, aquâ deſuper limpidiſſimâ affusâ & agitatâ, donec ea turbida fuerit. Hinc in aliud vas conjiciatur. Tum alia denuo affundatur, agitetur, turbidaque reddita, præcedenti adjungatur; idque toties repetatur, donec fæces in mortario ſubſederint, omniſque tenuior ſubſtantia cum aquâ fuerit educta; quæ quieſcere permittatur, ut in fundo remaneat Lithargyrus ſolus ac ſincerus. Tandem hic, aquâ priùs effusâ, colligendus, & ſupra marmor ita lævigandus, ut nulla ejus aſperitas linguâ percipi poſſit.

## LUMBRICORUM TERRESTRIUM PRÆPARATIO.

Lumbrici terreſtres fiſſi & mundati, Vino toties abluantur, donec omnem impuritatem depoſuerint; deinde in ſole ſiccati reponantur.

Simili modo præparantur Millepedes.

## OPIUM COLATUM, ſive EXTRACTUM THEBAICUM.

Diſſolvatur Opium in aquâ; ſolutum percoletur, & evaporet in conſiſtentiam.

## PLUMBI USTIO.

℞ Tenuiſſimarum laminarum Plumbi q. v. fiat cum q. ſ. Sulphuris ſtratum ſuper ſtratum, in fictili novo; dein ignis ſuccendatur, flagranſque Plumbum ſpathâ ferreâ verſetur, donec prorſus in cineres redactum fuerit; qui tandem aquâ ſimplici lavati in uſum reponantur.

Vel potius Plumbum leni foco liquefactum rudiculâ ferreâ agitetur, donec planè in calcem abierit, nullâ ablutione indigentem.

## SCAMMONII PRÆPARATIO.

Indatur pulvis Scammonii Cydonio excavato, quod paſtâ obductum in furno, vel ſub cineribus ſ. a. aſſetur; poſtea exemptum Scammonium ſervetur uſui; vocaturque vulgò hoc modo paratum, Dacrydium, vel Diagrydium.

## SCILLÆ PRÆPARATIO.

℞ Scillam magnam recentem, abjectis aridioribus extimis tunicis; involve hanc paſtæ panis, & in furno unà cum panibus coque, quouſque tenera fuerit; quod feſtucâ inditâ explorare licet. Hinc è furno exime, & ſigillatim omnes Scillæ tunicas (rejecto ejus corde) detrahe, eaſque funiculo trajectas (ita ut ſe invicem non contingant) in loco ſicco ſuſpende, donec fuerint ſiccatæ. Notandum autem ferreum cultrum non eſſe adhibendum in hoc negotio, ſed ligneum, aut eburneum, aliudve oſſeum.

## TEREBINTHINA COCTA.

℞ Terebinthinæ Venetæ libram unam; huic affunde aquæ libras viginti quatuor: In quâ tamdiu coquatur, donec ita inſpiſſata fuerit, ut refrigerata Reſinæ modo friabilis ſit, & inſtar Vitri diſſiliat tuſa.

## Errata graviora ſic corrigantur.

PAG. 20. lege piperis ſapore. p. 22. pro Ocymum l. Ocimum. p. 23. pro tridachlites l. tridactylites. p. 30. l. Armoracia. p. 32. l. teretifolium. p, 40. l. Aqua Abſinthii. p. 45. l. adde,

Moſchi,
Ambræ griſeæ, } ſi viſum fuerit.
Croci, &c.

p. 52. l. Sydenhami. p. 75. l. Corno-ceraſa. p 77. pro Hordeatum l. Penidium. p. 81. pro Foliorum l. folia. p. 86. l. Hypociſtidis. p. 89. l. Sal purus. p. 101. pro coquantur l. cogantur. p. 103. dele & inſpiſſat. p. 117. pro marceſcant l. macerentur. p. 139. l. Olei Vitrioli. p. 142. l. parte æquali Salis. p. 143, 144. pro Spiritûs Sulphuris q. v. l. Spiritûs Sulphuris q. ſ.

Omiſſa

# Omiſſa ſuoque loco addenda.

## CONFECTIO HAMECH.

℞ Corticum Myrobalanorum citrinarum, uncias duas.
Chebularum,
Nigrarum,
Violarum,
Pulpæ Colocynthidos,
Polypodii quercini, ana unciam unam ſemis.
Abſinthii,
Thymi ana unciam dimidiam.
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Flor. Roſarum rubrarum, ana drachmas tres.

Tuſa omnia macerentur, per diem, in Seri lactis libris ſex; deinde coquantur ad medias, & exprimantur. Colatis adde
Succi Fumariæ,
Pulpæ prunorum, & paſſularum, ana libram dimidiam.
Sacchari albi,
Mellis deſpumati, ana libram unam.

Coquantur ad Mellis craſſitiem, inſpergendo ſub finem
Agarici Trochiſcati,
Fol. Senæ tritorum, ana uncias duas.
Rhabarbari triti unciam unam ſemis.
Epithymi unciam unam.
Diagrydii drachmas ſex.
Cinnamomi unciam dimidiam.
Zingiberis drachmas duas.
Sem. Fumariæ,
Aniſi,
Spicæ Nardi ana drachmam unam.

Fiat Electuarium ſ. a.

## ELECTUARIUM CARYOCOSTINUM.

℞ Caryophyllorum,
Coſti candidi, ſeu Zedoariæ,
Zingiberis,
Cumini ana drachmas duas.
Hermodactylorum, à cortice mundatorum,
Diagrydii ana unciam dimidiam.
Mellis Roſati triplum.

Omnia ſimul conterantur, præter Diagrydium; addanturque melli, ac rudiculâ diligenter commiſceantur: Demum adjiciatur Diagrydium ſeorſim pulveratum; fiátque Electuarium ſ. a.

# INDEX REMEDIORUM.


ACacia Germaniaca Pag. 71
Acetum Diſtillatum 55
Acetum Scilliticum ibid.
Æthiops Mineralis 147
Agaricus Trochiſcatus 99
Aloe Roſata 94
Aluminis uſtio 152
Antimonium Diaphoreticum 139
Aquæ ſimplices ſtillatitiæ 43
Aquæ compoſitæ ſtillatitiæ 44
Aqua Abſinthii utriuſque 43
Aqua Abſinthii minùs compoſita 44
Aqua Abſinthii magis compoſita ibid.
Aqua Aluminoſa ibid.
Aqua Angelicæ magis compoſita 45
Aqua Bryoniæ compoſita 47
Aqua Calcis 50
Aqua Fl. Chamæmeli compoſita 49
Aqua Cinnamomi tenuis ibid.
Aqua Cinnamomi fortis ibid.
Aqua Epidemia 47
Aqua Fortis ſimplex 137
Aqua Fortis duplex ibid.
Aqua Gentianæ compoſita 47
Aqua Imperialis 48
Aqua Lactis Alexiteria 49
Aqua Limacum tenuis ibid.
Aqua Mellis 137
Aqua Mirabilis 48
Aqua Nephritica 49
Aqua Pæoniæ compoſita 46
Aqua Protheriacalis 48
Aqua Raphani compoſita 46
Aqua Sapphirina ibid.
Aqua Styptica Camphorata 50
Aqua Doctoris Stephani 48
Aqua Theriacalis 47
Aromaticum Roſatum 78
Aurum Moſaicum 148

B.

Balſamum Locatelli 111
Balſamum Polychreſtum 112
Balſamum Terebinthinæ ibid.
Balſamum Viride ibid.
Balſamum Viride Vulnerarium ibid.
Balſamum Viride Deterſivum ibid.
Benedicta laxativa 91
Bezoarticum Minerale 140
Bryoniæ Fæcula 152
Butyrum Antimonii 136

C.

Caſſia extracta cum foliis Senæ 91
Catalogus Simplicium Officinalium 1
Catholicon 92
Cauſticum Lunare 142
Cauterii potentialis præparatio 152
Cerata 124 124
Ceratum Album ibid.
Ceratum Citrinum ibid.
Chalybs præparatus cum Aceto 140
Chalybs cum Sulphure paratus ibid.
Condita 74
Confectio Alchermes 84
Confectio Archigenis 88
Confectio Raleighana 89
Confectio de Santalis 85
Confectio de Thure 77
Conſervæ, & Sacchara 76
Coralliorum præparatio 153
Corn. Cervini, Eboris aliorumque Uſtio ibid.
Crocus Martis adſtringens 140
Crocus Martis aperitivus ibid.
Crocus Metallorum ibid.
Cryſtalli Tartari ibid.

D.

Decocta Infuſa & Syrupi 56
Decoctum Amarum ſimplex 58
Decoctum Amarum Solutivum ibid.
Decoctum commune pro Clyſtere 56
Decoctum Epithymi ibid.
Decoctum Pectorale ibid.
Decoctum Senæ 58
Decoctum Traumaticum 56
Diacaſſia cum Manna 91
Diachylôn ſimplex 127
Diachylôn magnum 128
Diachylôn magnum cum Gummi ibid.
Diachylôn compoſitum ſive Emplaſtrum è Mucilaginibus ibid.

Pag.
Diacorallion 84
Diacydonium 85
Diamorôn 68
Diaprunum lenitivum 91
Diaprunum ſolutivum 92
Diaſcordium 86

E.

Eboris uſtio 153
Eclegmata, vide Lohoch 72
Electuaria 84
Electuarium Amarum 91
Electuarium è Baccis Lauri 84
Electuarium Diaſpermatôn 85
Electuarium ex Elleboro 92
Electuarium Lenitivum ibid.
Electuarium Pectorale 85
Electuarium è Saſſaphras 84
Electuarium è Succo Roſarum 93
Elixir Proprietatis 144
Elixir Proprietatis Helmontii ibid.
Elixir Salutis 52
Elixir Vitrioli Mynſichti 139
Emplaſtra 125
Emplaſtrum Adhæſivum ibid.
Emplaſtrum ex Ammoniaco ibid.
Emplaſtrum è Baccis Lauri ibid.
Emplaſtrum de Betonicâ ibid.
Emplaſtrum Cæſaris 126
Emplaſtrum Cephalicum ibid.
Emplaſtrum è Cicutâ cum Ammoniaco 127
Emplaſtrum è Cymino ibid.
Emplaſtrum Diachalciteos ibid.
Emplaſtrum Diaſulphuris 129
Emplaſtrum Epiſpaſticum primum ibid.
Emplaſtrum Epiſpaſticum ſecundum ibid.
Emplaſtrum Griſeum de Lapide Calaminari 130
Emplaſtrum ad Herniam ibid.
Emplaſtrum de Maſtiche ibid.
Emplaſtrum de Meliloto ſimplex 131
Emplaſtrum Mercuriale ibid.
Emplaſtrum de Minio ibid.
Emplaſtrum Nigrum ibid.
Emplaſtrum à Noſtratibus 129
Emplaſtrum Opodeldoc. 131
Emplaſtrum Oxycroceum 132
Emplaſtrum de Sapone ibid.
Emplaſtrum Sticticum ibid.
Emplaſtrum Stomachicum Magiſtrale 133
Emplaſtrum Tonſoris ibid.
Ens Veneris 148
Elaterium conficiendi modus 153
Extractorum conficiendorum ratio generalis. 149
Extractum Thebaicum 154

Pag.

F.

Flores Benzoini 141
Flores Salis Ammoniaci ibid.
Flores Salis Ammoniaci Martiales ibid.
Flores Sulphuris ibid.
Flos Unguentorum, vide Emplaſtrum 129

G.

Gas Sulphuris 136

H.

Hepar Sulphuris 141
Hiera Diacolocynthidos 93
Hiera Picra ſimplex ibid.

I.

Julepum Violarum 65

L.

Lac Virginale 57
Lac Sulphuris 137
Lapis, ſeu Sal Prunellæ 144
Lapis Contrayervæ 79
Lapis Infernalis, ſive Septicus 141
Lapidis Calaminaris præparatio 152
Lapis Medicamentoſus 142
Lapidis Lazuli præparatio 153
Lapidis Septici, ſeu Cauterii potentialis præparatio 152
Lapidum pretioſorum præparatio 153
Laudanum 98
Laudanum Liquidum Sydenhami 52
Laudanum Liquidum Tartarizatum ibid.
Linimentum Arcæi 113
Liquamen Tartari 137
Lithargyri præparatio 153
Lohoch, vel Eclegmata 72
Lohoch de Papavere ibid.
Lohoch Sanum ibid.
Lumbricorum Terreſtrium præparatio 154

M.

Margaritarum præparatio 153
Medicamenta Chymica 139
Mel Anthoſatum 68
Mel Elatines ibid.
Mel Elleboratum ibid.
Melita ibid.
Mel Mercuriale ibid.
Mel Roſatum ibid.
Mel Violaceum ibid.
Mercurius corroſivus præcipitatus 145
Mercurius dulcis præcipitatus ibid.

Pag.
Mercurius corroſivus ſublimatus 144
Mercurius dulcis ſublimatus 145
Mercurius vitæ 146
Mithridatium 86
Miva Cydoniorum 70

N.

Nutritum, vide Unguentum 116

O.

Oculorum Cancri præparatio 153
Olea 105
Oleum Abſinthii chym. 134
Oleum Abſinthites 107
Oleum Amygdalarum Amararum 105
Oleum Amygdalarum Dulcium ibid.
Oleum Anethinum 107
Oleum Antimonii 136
Oleum Aromatum chym. 135
Olea è Baccis Juniperi ibid.
Oleum Caryinum 105
Oleum de Caſtoreo 107
Oleum de Caſtoreo compoſitum 109
Oleum Ceræ 135
Oleum Chamæmelinum 107
Oleum Cheirinum 108
Oleum Chryſomelinum 105
Olea Chymica 134
Oleum Coſtinum 109
Oleum Euphorbii 108
Oleum Euphorbii compoſitum 110
Oleum Exceſtrenſe ibid.
Oleum Formicarum 135
Olea ex Herbis & Floribus 134
Oleum, ſive Balſamum, Hyperici ſimplex 108
Oleum Hyperici compoſitum 110
Oleum Irinum 111
Oleum Lateritium Philoſoph. 136
Oleum Laurinum 106
Oleum Liliorum 108
Olea è Lignis Aromaticis 135
Oleum Lumbricorum 108
Oleum Majoranæ ibid.
Chymic. 134
Oleum Mandragoræ 111
Oleum Menthæ chym. 134
Oleum Myrrhæ per deliquium 137
Oleum Nardinum 108
Oleum Nardinum compoſitum 111
Oleum Nicotianæ 108
Oleum Papaveris ibid.
Oleum Roſaceum 107
Oleum Rutaceum 108
Oleum Sabinæ ibid.
Oleum Sambucinum ibid.
Olea Seminum quorundam Chymica 135
Oleum Spicæ ibid.
Oleum Succini 136
Oleum Sulphuris ibid.
Oleum Tartari per deliquium 135
Oleum Terebinthinæ, ſive Spiritus ibid.
Oleum Vitrioli 137
Opium Colatum, ſive Extractum Thebaïcum 154
Oxymelita 68
Oxymel ſimplex ibid.
Oxymel compoſitum 69
Oxymel Scilliticum ibid.
Oxyrrhodinum 106

P.

Paſta Epiſpaſtica 129
Philonium Romanum 87
Pilulæ 94
Pilulæ de Agarico ibid.
Pilulæ Aleophanginæ ibib.
Pilulæ de Aloe lotâ ibid.
Pilulæ de Ammoniac Magiſtral. ibid.
Pilulæ Cociæ majores 95
Pilulæ Cociæ minores ibid.
Pilulæ de Cynogloſſo ibid.
Pilulæ de Diambræ ibid.
Pilulæ ex Duobus ibid.
Pilulæ Ecphracticæ ibid.
Pilulæ Fœtidæ 96
Pilulæ Gummoſæ ibid.
Pilulæ de Guttâ Gamandrâ ibid.
Pilulæ Mechoacanæ ibid.
Pilulæ de Rhabarbaro 97
Pilulæ Rudii ibid.
Pilulæ Ruffi, ſive Communes ibid.
Pilulæ de Scammonio 98
Pilulæ Stomachicæ cum Gummi 97
Pilulæ è Styrace 98
Pilulæ Tartareæ ibid.
Plumbi Uſtio 154
Pulpæ Conditæ 74
Pulveres 78
Pulvis Antilyſſus 82
Pulvis radicum Ari compoſitus 79
Pulvis Cardiacus Magiſtralis ibid.
Pulvis è Chelis Cancrorum compoſitus 78
Pulvis Cephalicus 79
Pulvis Cornachini ibid.
Pulvis Granorum Chermes compoſitus 78
Pulvis Diacalaminthes ſimplex ibid.
Pulvis Diaturpethi compoſitus 83
Pulvis Dialthææ 82
Pulvis Diacinnamomi 80
Pulvis Diaſenæ 83
Pulvis ad Guttetam 81
Pulvis Haly ibid.
Pulvis Lætificans Galeni ibid.
Pulvis Saxifragiæ compoſitus 82
Pulvis Senæ compoſitus major ibid.
Pulvis Senæ compoſitus minor ibid.
Pulvis Comitis Warwicenſis 83

Pag.

R.

Regulus Antimonii 146
Reſina Jalapii 147
Rob 70
Rob ſive Sapa ſimplex ibid.
Rob de Berberis ibid.
Rob de Ceraſis ibid.
Rob de Cornis ibid.
Rob Cydoniorum ibid.
Rob Prunorum acidorum 71
Rob de Ribes ibid.
Rob Baccarum Sambuci ibid.

S.

Sacchara 76
Saccharum Hordeatum 77
Saccharum Roſatum Tabulatum 77
Saccharum Saturni 146
Saccharum Tabulatum ſimplex & Perlatum 76
Saccharum Tabulatum compoſitum ibid.
Salis eſſentialis parandi ratio 150
Salium conficiendorum modus ibid.
Salis Fixi ſive Elementaris conficiendi modus ibid.
Sal Prunellæ 144
Sal, ſeu Vitriolum Martis 147
Sal Vitrioli ibid.
Sapæ 70
Scammonii præparatio 154
Scammonium Sulphuratum 147
Scillæ præparatio 154
Sief de Plumbo 103
Sief de Thure 104
Simplicium quorundam Medicamentorum præparationes 152
Species 78
Species Diambræ ſine odoratis 79
Species Diambræ cum odoratis 80
Species Dianthûs ibid.
Species Diatragac. frig. ibid.
Species Diatriôn Pipereôn ibid.
Species Hieræ Picræ 81
Spiritus Caſtorei 46
Spiritus Croci ibid.
Spiritus Fuliginis 46
Spiritus Lavendulæ compoſitus Matthiæ 45
Spiritus Salis 136
Spiritus Salis Ammoniaci 143
Spiritus Salis dulcis 144
Spiritus Salis Volatilis Oleoſus 143
Spiritus Tartari 138
Spiritus Veneris 148
Spiritus Vini Camphoratus 53
Succus Glycyrrhizæ ſimplex 71
Succus Prunorum ſylveſtrium ibid.
Syrupus de Abſinthio ſimplex 59

Pag.

Syrupus de Abſinthio compoſitus ibid.
Syrupus Acetoſus ibid.
Syrupus de Althæâ ibid.
Syrupus de Artemiſiâ 60
Syrupus Balſamicus 65
Syrupus ex Berberis 60
Syrupus Capillorum Veneris ibid.
Syrupus Flor. Caryophyllorum ibid.
Syrupus Chalybeatus 65
Syrupus de Chicorio cum Rhabarbaro 66
Syrupus de Cinnamomo 60
Syrupus è Succo Citriorum 61
Syrupus corticum Citriorum ibid.
Syrupus Croci 65
Syrupus Cydoniorum 61
Syrupus de Eryſimo ibid.
Syrupus de Glycyrrhizâ 62
Syrupus Granatorum ibid.
Syrupus de Meconio, ſive Diacodium ibid.
Syrupus de Menthâ ibid.
Syrupus Myrtinus 62
Syrupus de Pœoniâ compoſitus 63
Syrupus de Papavere erratico ibid.
Syrupus è floribus Perſicorum 66
Syrupus de Peto 65
Syrupus è Succo Pomorum Alterans 63
Syrupus de Pomis purgans 66
Syrupus de Praſio 63
Syrupi Purgantes 66
Syrupus de quinque Radicibus 64
Syrupus de Rhabarbaro 66
Syrupus Roſaceus ſolutivus 67
Syrupus è Succo Roſarum ibid.
Syrupus è Roſis ſiccis 64
Syrupus de Spinâ Cervinâ 67
Syrupus de Stœchade 64
Syrupus de Symphyto ibid.
Syrupus Violarum 65
Syrupus è Succo Violarum ibid.

T.

Tapſimel 119
Tapſivalentia 118
Tartarus Emeticus 147
Vitriolatus 148
Terebinthina cocta 154
Theriaca Andromachi 87
Theriaca Diateſſarôn 86
Theriaca Londinenſis 88
Tinctura Antimonii 139
Tinctura Cantharidum 51
Tinctura Caſtorei ibid.
Tinctura Croci ibid.
Tinctura Hellebori 53
Tinctura Martis Glauberi 142
Tinctura Martis Mynſichti ibid.
Tinctura Martis cum Sale Ammoniaco ib.
Tinctura Martis cum Spiritu Sulphuris ib.
Tinctura Hieræ 52

# INDEX REMEDIORUM.


| | Pag. |
|---|---|
| Tinctura Myrrhæ ſimplex | 51 |
| Tinctura Myrrhæ compoſita | 52 |
| Tinctura Papaveris compoſita | 51 |
| Tinctura Rhabarbari | 53 |
| Tinctura Roſarum Rubrarum | 52 |
| Tinctura Salis Tartari | 143 |
| Tinctura Serpentar. Virgin. | 52 |
| Tinctura Sulphuris | ibid. |
| Tinctura Theriacalis | 51 |
| Tinctura viridis | ibid. |
| Trochiſci | 99 |
| Trochiſci albi Rhaſis | ibid. |
| Trochiſci Alexiterii | ibid. |
| Trochiſci Alhandal | ibid. |
| Trochiſci Aliptæ Moſchatæ | ibid. |
| Trochiſci Alkekengi | 100 |
| Trochiſci Bechici albi | ibid. |
| Trochiſci Bechici nigri | ibid. |
| Trochiſci de Carabe | ibid. |
| Trochiſci Cypheos pro Mithridatio | 101 |
| Trochiſci Gordonii | ibid. |
| Trochiſci Hedychroi Galeni ad Theriacam | ibid. |
| Trochiſci Hyſterici | 102 |
| Trochiſci de Ligno Aloes | ibid. |
| Trochiſci de Myrrhâ | ibid. |
| Trochiſci, ſive Sief. de Plumbo | 103 |
| Trochiſci de Rhabarbaro | ibid. |
| Trochiſci de Scillâ ad Theriacam | ibid. |
| Trochiſci de Terrâ Japonicâ | 104 |
| Trochiſci de Terrâ Lemniâ | 103 |
| Trochiſci ſive Sief de Thure. | 104 |
| Trochiſci è Violis ſolut. | ibid. |
| Trochiſci de Viperâ ad Theriacam. | ibid. |
| Turpethum minerale | 146 |

**V.**

| | |
|---|---|
| Valentia Scabioſæ | 118 |
| Vinum Benedictum | 54. |
| Vinum Chalybeatum | ibid. |
| Vina Medicata | ibid. |
| Vinum Scilliticum | ibid. |
| Vinum Viperinum | 50 |
| Vitriolum album depuratum | 148 |

| | Pag. |
|---|---|
| Vitriolum Martis | 417 |
| Vitriolum Camphoratum | 141,142 |
| Unguenta | 113 |
| Unguentum Ægyptiacum | ibid. |
| Unguentum Ægyptiacum magìs comp. | ib. |
| Unguentum Adſtringens | 120 |
| Unguentum Album | 113 |
| Unguentum Amarum | 120 |
| Unguentum ex Apio | 113 |
| Unguentum Aureum | 114 |
| Unguentum Baſilicon majus Flavum | ibid. |
| Unguentum Baſilicon minus Flavum | ibid. |
| Unguentum de Calce | ibid. |
| Unguentum Cæruleum | ibid. |
| Unguentum Detergens | 120 |
| Unguentum Dialthææ | 115 |
| Unguentum Diapompholygos | ibid. |
| Unguentum Digitalis | 121 |
| Unguentum è Gummi Elemi | 113 |
| Unguentum Emolliens | 122 |
| Unguentum Enulatum | 115 |
| Unguentum Enulatum cum Mercurio | ib. |
| Unguentum Fuſcum | 121 |
| Unguentum Liliorum | 116 |
| Unguentum Linariæ | 121 |
| Unguentum Martiatum | 121 |
| Unguentum Maſtichinum | ibid. |
| Unguentum de Minio Camphoratum | 116 |
| Unguentum de Mucilaginibus | 121 |
| Unguentum Mundificativum ex Apio | 122 |
| Unguentum Nervinum | ibid. |
| Unguentum è Nicotianâ, ſeu de Peto | 116 |
| Unguentum Nutritum | ibid. |
| Unguentum Opthalmicum | ibid. |
| Unguentum ex Oxylapatho | 117 |
| Unguentum è Plumbo | ibid. |
| Unguentum Pomatum | ibid. |
| Unguentum Populneum | 122 |
| Unguentum è Reſinâ | 117 |
| Unguentum Roſatum | ibid. |
| Unguentum Rubrum deſiccat. | 118 |
| Unguentum Sambucinum | ibid. |
| Unguentum Splanchnicum | 123 |
| Unguentum Sumach | ibid. |


*F I N I S.*